





609. 1729, 1a 8/  
DISSERTATIO INAUGURALIS JURIS CANONICI

X

DE  
**COEMETERIIS  
EX URBIBUS TOL-  
LENDIS,**

Quam

PRÆSIDE

**DN. CHRISTIANO GODO-  
FREDO HOFFMANNO,** (1729)  
AUGUSTI AC POTENTISSIMI REGIS BORUSSIÆ

CONSILIARIO INTIMO,  
FACULTATIS JURIDICÆ ORDINARIO EJUSDEMQUE  
h. t. DECANO,

IN ACADEMIA VIADRINA

Die V. Martii anni M DCC XXIX.

H. L. Q. C.

PRO

**GRADU DOCTORALI**

Publico Examini proponendam  
fuscipiet

**CHRISTIANUS FRIDERICUS  
GRÆVEN,**


Francof. March.

---

FRANCOFURTI ad VIADRUM,

Litteris JOH. CHRISTOPH. SCHWARTZII, Acad. Reg. Typogr.





## CAPUT I.

DE

### COEMETERIIS ET GENUINA RATIONE DEDUCENDI OFFICIA VIVORUM ERGA MORTUOS.



#### §. I.

œmeterium, vocabulum origine sua græcum (*a*) denotat locum, cui defunctorum corpora honestis & christianis ritibus inferuntur, publica plerumque autoritate designatum. Spectat illorum institutio ad rem funerariam, cuius ab omni ævo mortales singularem curam habuerunt, quæ non raro in superflitiosas, vanas, atque inanis, abiit solemnitates, afficiendis quidem viventium animis inservientes, ab aliis ad officia erga mortuos (*b*) relatas, quorum demonstratio non æque plana est, ac multi sibi imaginantur. Cæterum non vituperandi sunt gentium mores, qui hunc defunctorum corporibus adhibuerunt cultum, quamvis plerumque

A

que

que ex falsis persuasionibus (c) deducuntur. De illo jam nobis non est dicendum, cum non pauci prostent tractatus, qui varias gentium antiquas & recentiores recensuerint in funeribus morte extinctorum consuetudines, (d) ad quos nos remittimus, hoc loco tantum de coemeteriis acturi.

Vocabuli Cœmeterii Origio.

(a) Κοιμητήριον locus in quo dormitur, MEURSIUS in glossario, à κοιμάσθαι cubare facio: pia sane ad mortem Christianorum translatione, quos mortem κοιμησθεν potius, quam Σάβαλον esse, meminisse decet. Vitam enim homines in mundo peregrinantur instar transfigunt. Hinc mors secessui atque quieti non sine ratione comparatur. Neque Interpretes verba /.  
Chron: XVIII. v. 11. ad abeundum cum patribus tuis infelicitate transtulerunt καὶ κοιμηθέντες τὸν πατέρα σε. Apud Cretenses ædes publicas, in quibus hospites dormire solebant, κοιμητήρια appellatas fuisse, refert ATHENÆUS lib. 4. c. 5. ex DOSIAD, libro 4. τῶν κοιμιῶν. Alias derivationes adducere, vix opera pretium est. Nugatur GLOSSA ad c. 11. X. de sepult. quando eam coemeterii etymologiam præbet: Coemeterium dicitur à cemen græce, quod est aurum latine, & teron, quod est terra, inde coemeterium quasi aurea terra, quia est ceteris pretiosior. Haud saniora sunt, quæ DURAND. lib. 1. c. 5. rational. prodidit. Coemeterium, inquit, dicitur à cemen, quod est dulce, & sterion, quod est statio: ibi enim dulciter defunctorum ossa quiescent: vel quia sunt cimices, id est vermes ultra modum foecentes. Sequimur potius CHRYSOSTOM. in homilia LXXXI. differentem, propterea locum illum coemeterium appellatum fuisse, ut discamus, mortuos & hic repositos non esse mortuos, sed dormire. Receppta

pta igitur hæc appellatio fuit apud Christianos, & frequentissime ab ecclesiæ patribus adhibetur. CYPRIAN.  
epist. 80. add. MACRUM in hierolexico n. 162.

(b) Sepultura mortuorum referri solet ad officia viventium erga mortuos. Variæ sunt circa illa DD. opiniones. Primo statuunt, viventium nullam esse erga mortuos relationem, nullumque cum illis commercium, adeoque proprie nulla erga illos dari officia. Mortuos humanis rebus exemptos, non affici posse beneficiis à viventibus, nec affligi doloribus, qui animato corpori graves esse possunt: Curam circa mortuorum corpora esse inanem, imo fini naturæ contrariam, quæ exanimatum corpus in pulverem & terram convertere intendit, cui nulla artificia ac remedia, ab hominibus excogitata, resistere potuerunt, LACTANT. lib. 6. inst. div. c. 12. MINUT. FELIX in Oltavio p. 11. Inventi hinc non pauci funereum honorum & solennitatum contemtores. In hanc sententiam differuit SENECA ep. 92. Neminem de supremo officio rogo, nulli reliquias meas commendo, ne quis infèpultus effet, rerum natura prospexit: quem levitia projecerit, dies condet. Diserte

Macenas nec tumulum curro, sepelit natura relictos. Alte cinctum putas dixisse. Habuit enim ingenium & grande & virile nisi illud discinxisset. Singularia sunt, quæ de DIOGENE retulit CICERO Tusc. l. 1. c. 43. Diogenem se projici justisse inhumatum: tum amicos, volucribusne & feris? minime vero eum respondisse: sed bacillum propter me, quo abigam, ponitote. Qui poteris? illos objecisse, non enim senties? quibus denuo reposuit: Quid igitur mihi ferarum laniatus obserit, nihil sentienti? Addit CICERO, extincto animo vel elapsò nullum in corpore residere sensum, ex quo patet, mortuos & beneficiorum & dolorum à viventibus percipiendorum, incapaces esse: add. THOMAS. inst. Jurispr. div. l. 3. c. 10. Secundo, alii hæc officia

*Unde officia  
erga mortuos  
deducantur.  
Primo.*

Secunde.

Tertio,

ficia Juri gentium voluntario adscribunt. Hinc GROTIUS de *Jur. B. & P. L. II. c. 19.* peculiari capite de *jure sepulture* egit, adductis multis veterum scriptorum testimoniis atque exemplis. SENECA. *l. 1. controv.* inter jura non scripta sed omnibus scriptis certiora ponit, *humum porrigeret cadaveri.* Jus hoc sepulchri EURIPIDES legem hominum, LUCANUS hominum ritus, PAPINIUS terrarum leges & mundi foedera, TACITUS fortis humana commercium, LYSIAS spem communem vocarunt. HOTTING. de *sepultura mortuorum* §. 6. Proinde inhumanum fuit judicatum, etiam tempore belli hostes à sepultura mortuorum arcere. TACIT. *annal. l. 1. c. 22. n. 3.* ÆLIAN. var. *hist. lib. 12. c. 27.* add. SCHURZFL. *diff. de Jure belli circa fana & sep. §. 15.* Sed cum jam ab aliis observatum fuerit, consuetudines à diversis populis receptas proprie non facere jus certum & obligacionem aliquam producere, imo manifestum sit, quod maxima pars funeriarum ceremoniarum ex superstitione ac idolatria fit desumpta: e contrario autem non paucæ olim comprehensæ fuerint gentes, quæ mortuorum cadavera & neglexerunt, & fordide tratarunt v. COEL. RHODIG. *antiqu. lect. lib. 17. cap. 19.* videntur ea argumenta non satisfacere illis, qui accuratiorem nexum horum principiorum & doctrinarum desiderant. Tertio, nonnulli ad *legem divinam universalem* provocant, quam in verbis Genef III. v. 19. quærunt, *Terra es, & in terram reverteris.* NICOLAI de *sepulchris Hebraeorum Lib. II. cap. 1.* adductis multis exemplis, quæ, cadavera mortuorum humata fuisse, ostendunt, nempe Saræ *Gen. 23. v. 19.* Abrahami, *Gen. 25. v. 9.* Deut. 35. v. 8. imo Mosen terræ mandatum fuisse, legimus Deut. 34. v. 6. & quidem ab ipso Deo. v. GERHARDI de *sepultura Mosis:* EPIPHAN. *advers. heres. lib. IX. p. 28.* Sed non pauca restant dubia. Nam textus *Gen. III. v. 19.* de necessitate sepulturæ aliorumque

rumque officiorum erga mortuos nihil imperat, potius gravissimam indicit penam, quæ primum illud peccatum excipere debet: Nihil de humatione, sepultura, aliisque erga mortuos officiis, meminit. Eadem leguntur *Ecles. XII. v. 7.* manet ea mortis pena, ut exanime corpus corrumpatur & tempore consumtum in auras abeat. Exempla vero ex sacris litteris prolata nihil aliud evincunt, quam morem condendi terra vita defunctorum, antiquissimum & apud Judæos receptum fuisse; cujus ritus rationem solatii plenissimam dedit Paulus *i. Cor. XV. v. 37. 38.* Denique quarto, alii jus illud sepulturæ & reliqua omnia erga mortuos officia, ad meram humanitatem & pietatem referunt, cuiusvis religioni & fidei ea relinquentes. Huc respexit *DIO Prusænsis Sophista* in oratione de consuetudine ita differens: *Nusquam probibuntum est, mortuos sepelire, quo enim victores obtemperare vellent jussi illorum, qui succubuerunt? at consuetudo est, qua facit, ut defuncti fruantur humanitate.* Si tandem nostram quoque sententiam dicere debeamus, placet hoc loco brevissimis exhibere, ex quibus principiis viventium erga mortuos officia optime deduci posse credamus. Id quidem primo loco non inficiamur, e vita sublatis nullo viventibus commercio conjungi omnemque cum illis societatem dissolutam esse. Porro certum est, eos rerum corporalium & mundanarum sensu destitutos, partim nihil latitiæ ex honoribus percipere, qui ipsis post obitum decernuntur, partim nihil doloris sentire ex contumelia, ignominia, ac poenis, quibus viventes acerime affligi solent. Et ita accipiedum esse credimus brocardicon Juris: *Mortuo non fieri injuriam.* BOER. *decis. 31 b. n. 10.* Card. TUSCH. *lit. M. concl. 389.* Ex his autem nondum profuit conclusio, licere, aut ad minimum rem prorsus indifferentem esse, in defunctorum corpora

Quarto.

*Nostra sen-  
tentia refer-  
tur.*

& famam insurgere, ea proculcare, omnemque illorum curam omittere: imo prorsus absonum esse, in facinorosorum cadavera pœnam statuere. Quis enim crederet, sublato commercio & societate cum mortuis, cessare inde omnem erga illos obligationem, officia & jura. Suppetunt alia principia, ex quibus hæc omnia derivare queamus. Primo injuria certe est, male de aliquo loqui, famam ejus fugillare, criminum atque delictorum reum insontem agere. Quis hæc unquam licita esse dixerit, quis hæc non creditur esse injusta ac iniqua? Quid tum? objicis, nihil inde mortua habet, quod metuat, quod vereatur. Quasi omnis lœfio ac injuria cum sensu lœfi semper & necessario conjuncta esse deberet. Quid si absentem, & cum quo nullum habeas commercium, ea ratione tractaveris, an bene rem gessisti? nonne æquitatis & justitiae limites transgressus es? Parum sane te excusabit, siue injuria tua ad notitiam absentis pervenerit, siue non. Et his principiis, ni fallimur, vulgatum illud innititur: *De mortuis nil nisi bene.* Porro cogitemus innatum illud hominibus vitæ futuræ desiderium, philavtiā illam, & horrorem illum naturalem, quem mortis cogitatio excitat coniunctum cum voto, ut illa ipsa exuvia, quas deponimus, non in omnium spectaculum exponantur, aut illas prostituendo honesta defuncti memoria laudatur. Sentiunt hoc desiderium plerique imo ferociissimi quandoque homines, &, parum aut nihil de salute futura informati, magnum mortalitatis solatum in ipsa fama, quam mortui viventibus relinquent, quæsiverunt. Nemo nobis hic objecerit exempla siue argumenta affectatæ philosophiæ, quam recenset ORIGENES contra CELSUM lib. 5. pag. 247. ex dicto Heracliti, citato à Celsō: *Cadavera esse abjectiora, quam stercora.* Tam insolita exempla non moramur.

Præ-

Præterquam enim, quod quemvis ad seipsum se con-  
vertere hoc casu jubeamus, observandum quoque  
censemus summum illud gentium circa rem fune-  
rariam studium, cui si quis vanitatem objecerit, nos  
objicimus sanctissimorum virorum desiderium ho-  
nesta sepultura, & quod eam ipse Deus inter bene-  
ficia numeraverit. Quæ, si certa sunt, tale defi-  
derium hominum cordibus inditum, illi promoven-  
do omnino studere debent viventes, cum ipsius a-  
etius conditio ac natura hanc curam desideret. Re-  
dit hic generale illud principium: *quod tibi vis fieri,*  
*alteri feceris & quod non vis fieri, alteri non feceris.* Accedit,  
datam fidem esse servandam, imprimis cum ab antiquis  
temporibus vivi honorificam sibi sepulturam à su-  
perviventibus stipulari soliti fuerint, imo hodie  
plerumque in ipsis testamentis hæc clausula quasi  
solennis adscripta legatur. Respondet huic doctri-  
næ, quamvis multa aliena admisceat, Jus Romanum,  
quod funeris curam ad eum pertinere jussit, quem  
decedens elegit, l. 12. §. 4. ff. de Religios. &c. ab eo ad  
hæredes hoc onus devolvit, l. 14. §. ult. ff. eod. l. 49. ff.  
*Famil. hercisc. filii humationem parenti, l. 21. ff. de Reli-*  
*gios. uxoris marito l. 16. eod. demandavit;* ut, si grati  
animi leges in subsidium vocare velimus, gravius  
momentum præsenti arguento accedat, quod ta-  
men non ad omnes applicari poterit. Ex eo vide-  
mus, quoque asseri possit usus brocardici: *Mors o-*  
*mnia solvit*, de quo peculiarem tractatum compilavit  
SEB. MEDICES Francof. anno 1585. quæ formula illas  
tantum respicit obligationes, quas defunctus vivus  
contraxerat, & ultra ejus personam minime extendi  
possunt. Addimus communem humani generis, im-  
primis societatis civilis, utilitatem, cuius multum  
interest, vota, desideria, & voluntates morientium,  
quantum fieri potest, adimpleri & executioni dari;

ex

ex quo fundamento etiam donationes mortis causa facta, testamenta, & similia a potestate civili sustinentur. Hac principia, si conjugamus, prona erunt conclusiones, mortuorum corpora non esse ludibrio & contumelia exponenda; mortuis non esse maledicendum, denegationem honesta sepulturæ posse pro pœna haberi, corpora mortuorum consuetis ritibus esse efferenda, vota morientium non penitus negligenda, fidem illis datam servandam, illisque ea omnia exhibenda esse, qua nobis mortuis exhiberi optare queamus. Alia fundamenta obligationis & officiorum erga mortuos non quærimus, his quanquam simplicioribus contenti: Imo non opus est, ut ad socialitatem, quam homines vivi mortuis adhuc debent, recurramus v. TITII *observat.* *nd Pufend. de O. H. & C. obs. 79. n. 4.* cum, cessante cum mortuis humana societate, cesseret etiam socialitatis erga illos conceptus. Mittimus omnia alia argumenta, quæ non directò ad officia erga mortuos trahi possunt: nam si urgeamus ignominia ac contemptus in mortuos exhibiti maximam partem in eorum hæredes atque cognatos transferri; si morientium dispositiones negligantur, in præjudicium id imprimis eorum cadere, qui ex defunctorum voluntate aliquid percipere debuerunt; consultum esse, apud viventes mortalitatis cogitationē excitare, si corpora defunctorum insepulta jaceant, variis incommodis viventes esse expositos, quilibet facile percipiet, ea omnia vel ad officia erga alios, vel ad officia erga Rempublicam & societatem civilem spectare. Quod denique ad ipsos ritus & solēmnia funerum attinet, ea unice humanæ impositioni debentur resque sunt mere arbitriæ. De illis vero jam non dicendum.

(c) Oriebantur hæ persuasiones ex diverso conceptu, quem de homiuis statu post mortem sibi formave-

*Gentilium  
opiniones.*

maverant gentes. Conf. *Histoire de la Philosophie payenne* tome 1. ch. 14. VOSSIUS, *de origine & progressu idololatriæ lib. 3. c. 40.* Plato tria iustitia genera statuens, ultimum aduersus mortuos directum esse afferuit, in eo consistens, ut sepulchorum cura haberetur. STANL. in *bist. philos. Part. 3. cap. 8. p. 296.* Idemque philosophia sc̄pum finemque in mortis consideratione esse profitebatur. PROSP. AQVITANUS *Libr. II. de vita contemplativa cap. XXI.* Ceterum nota est Platonis sententia, animam hominis Deo esse proximam, immortalem, nec corruptioni obnoxiam; Animas à corpore separatas honoratorum imprimis virorum, Dæmones effici. THOMAS. *jurispr. div. libr. 3. c. 10. §. 1. 2. 3.* Veteres Idololatræ, defunctorum animas circa eorum sepulchra vagari, credebant, unde superstitione evocandi umbras invaluit. SPENCER. *de legibus ritualibus lib. II. c. 11. p. 493.* Ab hac sententia non alieni fuerunt Romani, qui defunctorum animas in Lares vel manorum. Lemures mutari somniabant. AUGUST. *de civitate Dei. IX. 11.* Animas hominum demones esse, & ex hominibus fieri larves, si meriti boni sint: lemures sive larvas, si mali: manes autem, cum incertum est, bonorum eos sive malorum esse meritorum. GUTHHER. *de Jure Manium L. 2. c. 38.* Et illa opinio fuit *Origo religio-* origo religionis, qua mortuos venerabantur, non pri-*nis in sepulta-* vatim tantum, sed & publice, institutis eum in finem feralibus & lemuriis solennibus. v. *Memoires de litterature de l'Academie Royale des inscriptions Tom. II. p. 44.* Hinc sepulchra ad res religiosas relata fuerunt. §. 9. *J. de di-nis. ier.* Unde religiosi appellatio nata, diversa sunt opiniones. CIC. *de deo. nat. c. II. 28.* MACROB. *lib. 3. Sa-turn. c. 3.* Sepultura placari errantes animas, firmiter creditum fuit. GUTHHER. *de Jur. Man. lib. 2. c. 17.* SUE-TON. *in vita Caligule c. 59.* DIS manibus dedicata fuere sepulchra, & majorum sepulchra cum Deorum aris & templis conjuncta sunt. FESTUS in verbo re-

Pontificum au-  
toritus circa  
sepulchra.

Jura sepul-  
chorum ex  
Jure Romano.

ligiosum. His principiis innixa fuit veterum Romanorum circa sepulchra religio. Imo ex illis plerisque leges de sepulchris latè descenderunt, quæ partem olim Juris Pontificii fecerunt. Nam quamvis Pontificibus nefas esset, cadaver tangere aut inspicere, GELL. Lib. 10. cap. 5. SERVIUS, ad 3. Aeneid. J. JAC. CHIFFLET. in *Geminia matris sacrorum titulo sepulchrali explicat*, p. 16. GUTHER. Lib. 2. c. 8. MORESTELL. Pompei feral. lib. 3. c. 11. quem locum MORESTELLUS loc. cit. confert cum dispositione legis ceremonialis Lev. XXI. v. 1. Hesekiel. c. XLIV. v. 25. add. GROT. ad h. l. consulendi tamen erant Pontifices, quibus ceremoniis facta mortuis injuria expiarentur, GUTHER. lib. 4. de Jur. Pontif. c. 15. iique de transferendis mortuorum reliquis cognoscere solebant, PLIN. L. 10. ep. 73. Conf. Inscriptiōnem apud GRUTER. p. DLXXVIII. num. 1. eorum decreto ad reficienda monumenta opus erat, cuius juris vestigia deprehendimus in l. 7. ff. de sepulchro violato. & testamentorum executioni, quatenus sepulchorum monumenta concernerent, invigilabant, quod patet ex l. 50. ff. de hered. per. Quamvis stricto jure nulla teneantur actione heredes ad monumentum faciendum, tamen vel Principali vel PONTIFICALI autoritate compelluntur ad obsequium supreme voluntatis: in qua lege verba principali autoritate a Tribonianī manu esse videntur. Ceterum ad hanc religionis præsumptionem collineant reliquæ Juris Romani de locis religiosis doctrinæ. Inde est, quod illa loca hominum commercio exēta fuerint: Ita SERVIUS SULPITIUS nomen rei religiosæ a relinquendo derivavit, MACROB. lib. 3. Sat. 6. 3. hæc qualitas non tantum tributa omnibus illis, quæ functo monumento adhærerent, & pars illius censerentur, l. 2. ff. de sep. viol. verum etiam ad ædificia vel agros adjacentes, si consecratio accesisset, quælis legitur apud GRUTER. Inscript. fol. DCXVII. 2.

ÆDI-

ÆDIFICIA. PROPRIA. COMPARATA. FACTA. DICATAQUE.  
 SUNT. MONUMENTO T. POMPONI. Porro sepulchro-  
 rum venditiones & alienationes prohibitæ, l. 6. §. 1.  
*de religiosi. l. 2. C. 2. cod.* itidem permutationes, l. 12. §. 1.  
*ff. d. t.* oppignorations, l. 3. C. que res pig. oriturque ex  
 illa alienatione lœsa religionis crimen, l. 1. C. de sep.  
 viol. quod ad legem Julianam de sacrilegis respicit. Re-  
 ferendæ huic etiam sunt solennes illæ formulæ ac pro-  
 hibitiones, quas in monumentis veterum Romanorum  
 Viri docti observarunt, v. g. *Hic munimentus here-  
 dem non sequitur. GRUT. DCCLXXVII.* Hæc taberna cum æ-  
 disciis hujus monumenti tutela est. *Hoc monumentum sive edi-  
 ficium, quod est, heredem non sequitur. IBID. f. DCXL. 2.*  
*Quisque hunc monumentum maceria cinctum cum area & introitu*  
*aut iter immutare, alioque quo genere vendere aut donare volue-  
 rit, tunc dare debet H. S. L. M. N. arario P. R. IBID.*  
*M. C. XXXIII. 3.* Textus vero juris nostri, qui de ven-  
 ditione & donatione sepulchrorum monumentorum  
 que loquuntur, agunt tantummodo de inferendi Ju-  
 re, ultra quod non extendenda l. 14. C. de legat. Neq;  
 usucapi poterant sepulchra ex antiqua XII. Tab. di-  
 spositione: FORI BUSTIVE ÆTERNA AUTHORI-  
 TAS ESTO. vid. DN. PRÆSIDIS *historie Juri Romani*  
*Vol. 2. p. 275.* Graves etiam pena in sepulchrorum  
 violatores statutæ sunt, quæ imprimis sub Christianis  
 Imperatoribus auctæ fuerunt, v. tot. tit. ff. & C. de sep. viol.  
 imo ab ejusmodi injuriis sibi cavere tentabant Roma-  
 ni inscribendo varias execrationum & prohibitio-  
 num formulas, quas pasim legimus apud GRUT. a-  
 liosque veterum inscriptionum collectores. e. g. *Qui*  
*hanc aram suffulerit, manes iratos habeat. DCCCCXVII. 1. add.*  
*DCCCCXXII. 3. & CCCIV. 1. in sepulchro C. Cæciliæ*  
*apud FABRETT. p. 110. qui hic. min. aut cac. habeat Deos*  
*superos & inferos iratos.* Vides igitur, Jure Romano do- *Paganismi re-*  
*Etinam de rebus religiosis & sepulchris multum re- liquia in Dige-*  
*dole-flis,*

dolere paganismum, cuius particulas in Digestis non paucas superesse, jam ab aliis fuit observatam. v. DN. PRÆS. *histor. Jur. Pars 1. lib. 2. c. 2. §. 8. litt. m.* HOTTONANN. in *Antitriboniano cap. XI.* certe ethnica superstitutionem sapiunt verba *l. 1. §. 6. ff. de mort. infer. Interest religionis exstrui monumenta & ornari.* Quæ enim hoc loco religio, quam à superstitione pagana descendens? Forte huc etiam trahendæ sunt leges, quæ decretorum Pontificiorum mentionem injiciunt. *l. 8. de relig. corpus illatum non licere effodere sine decreto Pontificis, eadem virgula notanda est l. 39. h.t. corpora terræ conditorum inquietari posse.* Hæc & similia in legibus nostris deprehendimus, quarum vera ratio ex reliquis ethnica idolatriæ omnino pœtenda. Cæterum Romana Jurisprudentia etiam in quibusdam hujus materiaæ capitibus aquitatis naturalis amplexa est principia: ita in *l. 14. §. 7. de relig. commendatur PIETAS in humandis defunctorum corporibus, & in l. 34. eod. tit. PAPINIANUS publicæ utilitatis mentionem facit, atque strictam rationem insuper habendam suadet: sumnam enim esse rationem, quæ pro religione facit.* Denique etiam in hac materia occurrent subtilitatis Romanæ vestigia, quorū referimus UPLIANI doctrinam *l. 1. ff. b.t. eum*, qui in funus aliquid impedit, cum defuncto contrahere, non cum hærede. Hæc fuit veterum JCTorum philosophia, qui fictionibus nimium deletabantur. v. *cap. 4. dissert. nuper sub DN. PRÆS. & DN. HUBNERO habita.*

(d) Non opus erit Scriptores de re funeraria hoc loco recensere. Optimam atque absolutam notitiam nobis præbuit Vir de re literaria immortaliter meritus, JO. ALBERT. FABRICIUS in *bibliographia antiquaria cap. XXIII.* addimus JOSEPHI BINGHAM. *origines ecclesiasticas*, vol. X. Lond. 1721. editas, uberrime hanc materiam, quatenus ad Christianos spectat, tractasse;

*Subtilitates  
Juris Romani.*

*Scriptores de  
re funeraria,*

se; cuius voluminis versionem latinam à Cl. DN. GRISCHOVIO omnes avide expectant, qui utilitatem antiquitatum ecclesiasticarum intelligunt, & quam laudabilem operam doctissimus Editor in transferendo hoc opere impenderit, aestimare noverunt.

## §. II.

Pietatem hanc sepeliendi vita defunctorum demum gentium mores ad certa restrinxerunt loca, (a) ne disiecta mortuorum cada-  
vera jacerent, verum in unam quasi societatem & communem locum colligerentur. Hujus consuetudinis variæ rationes dari possunt. *Primo* veneratio & amor erga defunctos, (b) qui morte præiverant: *Secundo* necessitas, huc referas multitudinem occisorum in præliis, succumbentium martyriis, (c) peste consumtorum, incommoda ex cadaverum multitudine, eorumque corruptione viventibus metuenda, (d) crescens hominum numerus in civitates & arctiores societates coëuntium: *Tertio* aversio, metus, terror, qui plerumque viventium mentes (e) ratione mortuorum afficit: *Quarto* utilitas publica, de clandestinis evitandis ac impediendis homicidiis, follicita: *Quinto* ipsa Religio (f).

*Causæ, cur  
publica loca  
sepulturis de-  
finata.*

(a) Variarum gentium & plerumque barbaros defunctorum corpora abolendi modos recensuit *Crematio & humatio morum.*

B 3

QVEN-

QVENSTEDT. de sepultura veterum cap. XV. & XVII. Communisimi erant *crematio* & *humatio*: uterque modus apud Romanos receptus, quod ex multis locis Digestorum patet, qui, illationem corporis vel osfum conjungere solent. l. 2. §. 2. l. 8. l. 9. de relig. Cremandi morem fuisse humatione recentiorem, observavit PLINIUS hist. nat. lib. 12. c. 54. KIRCHMANN. de funer. Roman. cap. 2. & 3. postea receptisimus apud Romanos, & demum sub Imperatoribus Christianis in desuetudinem abiit, teste MACROB. Saturn. lib. 7. cap. 7. non autem temporibus Antoninorum Cæsarum speciali lege abrogatus, prout multis erronee vísū ex corrupto CAPITOLINI loco, quem enodavit JAC. GOTTHOF. ad l. 6. C. Theodos. de sep. viol. tom. III. p. 149. Humationem cadaverum Christianos eorum ustulationi prætulisse, testis est. TERTULL. cap. I. de resurrec. carn. add. OCT. FERRAR. de veter. luc. sepulchr. ap. GRÆVIUM Thes. antiquit. Rom. Tom. XII. p. 1014. imo jamjam CICERO lib. 2. de Legib. approbasē videtur humandi consuetudinem, addita ratione: reddi terra corpus, & ita locatum ac situm, quasi operimento matris obducatur. Cæterum hæc arbitria esse, & à sola impositione humana dependere credimus, adeo ut non multum disputandum sit, qui modus præferendus? SERVIUS in lib. 2. Aeneid. observavit: Heraclitum, qui omnia voluerit ex igne constare, dixisse, debere corpora in ignem resolvī: Thaletem vero, qui omnia ex humore procreari, dixisse, obruenda corpora, ut possent humore resolvī. Alii crediderunt, animam per ignem in primam suam redire naturam. QVID. l. Trist. El. 4.

Spiritus hic vacuas prius extenuandus in uras

Ibit, & in rapido deseret ossa rego.

E contrario Christianorum humandi ritus aliquid ex superstitione trahebat, cum aliquando, de conservandis mortuorum corporibus nimis solliciti fuisse, videri

PO

tuerint, cadaveribus unguenta & odores prodigaliter impendendo. Hinc TERTULL. in *Apolog.* ja-  
Etat: *Si Arabie querantur, sciant Sabai pluris & carius merces  
fiuas Christianis sepeliendis profligari, quam Diis fumigandis. Cæ-  
terum antiquissimis temporibus videntur nulla certa  
fuisse loca, quibus publica auctoritate defunctorum  
reliquia illata fuerunt.* Prius in domo sua quemq; *Sepulturæ fie-  
sepelitum,* annotavit ISIDOR. *Orig. lib. 15. c. 2.* ALE-  
*bant olim in  
XANDR. lib. 6. genial. dier. cap. 14. quem morem de La. privatis locis,  
tinis & Gracis accipit KIRCHMANN. lib. 2. de funer.  
Rom. c. 20. Id certum, quod loca sepulchrorum olim  
fuerint privatorum, qui in fundo suo sepultura lo-  
cum assignabant, plerumque in agris & hortis sepul-  
chra exstruente, & quidem libenter ad vias publi-  
cas, quo prætereunte admonerent mortui, & se fuisse  
& illos esse mortales. VARRO *Lib. 5. de lingv. lat.*  
Unde solennes formulæ: ASPICE VIATOR. SISTE VIA-  
TOR. Additæ quandoque preces & minæ, quales re-  
tulit GRUTER. *Inscr. DCCCCXCIV. 4. ROGO TE, MI VIA-  
TOR, NOLI MI NOCERE.* Aliam formulam vide in mo-  
numento T. LOLLII apud GRUTER. *Hic propter vi-  
am positus, ut dicant prætereunte: LOLLI VALE. CCCC.  
XXXI. 5. conf. BRISSON. de formul. lib. 7. p. 700. FAES.  
ad GYRALD. cap. 5. p. 738. n. 1. imprimis NIC. BER-  
GIERIUM de publicis & militaribus Imperii Romani viis Lib.  
II. Sect. 34. usque 40.**

(b) Fuerunt olim, qui sibi prorsus propria & fin. *Sepulchræ fin.*  
gularia exstruxerunt sepulchra, additis variis exe-gularia,  
crationum formulis: *In hoc sepulchrum five servus five liber-  
tus inferatur nemo. Secus qui fecerit, mitem Isidem iratam ha-  
beat: suorum osa eruta atque dispersa videat.* GRUT. CCCIV. 1.  
Invaluit tamen antiquissimis jamjam temporibus, ut *Sepulchræ fa-*  
integram familia sibi sepulchra item monumenta con-*militaria*  
derent, quod inter alia patet ex Inscript. GRUTER.  
*DCCXXXVIII. 4. Fecit sibi, uxori, Liberis, libertabusque viri-  
usque*

usque sexus, qui ex familia mei erunt, reliquiarum suarum condendarum causa, & posteris eorum, qui in nomine meo permanferint, ea conditione, ne fiducient, vendant, neve alio genere id sepulcrum sive monumentum est, alienare ulli potestas sit. Instituta hæc familiaria sepulchra ex affectu & amore in coniunctos, minime dubitandum. Hinc CIC. lib. 1. de Offic. magnum est, inquit, eadem habere monumenta majorum, iisdem uti sacris, sepulchra habere communia. Familia-dicebantur à Familia, quam definivit l. ult. ff. de V. S. Familia nomine Parentes & liberos, omnesque propinquos, libertos etiam & Patronos, nec non servos significari. A familiaribus sepulchris differunt hæreditaria l. 5. & 6. de Religios. KIRCHMANN. de funer. lib. 3. c. 12. GUTHER. de Jur. Man. lib. 3. c. 9. & 10. Ex his constat, in amplio sepulchro familiari vel hæreditario plures sepeliri potuisse, non vero in sarcophago vel solo, ubi corpus jam depositum erat. PAULUS sent. recept. lib. 1. tit. 21. CUJAC. observ. lib. XXI. cap. 13. Adde, quæ de Bustuaris familiarium differuit GYRALDUS l. cit. p. 727.

Martyria Veterum Christianorum.

(c) Martyrum corpora sollicite collegerunt veteres Christiani, v. ARHINGHII Romam subterraneam lib. 1. cap. XI. quod religiosæ reliquiæ ostensioni occasionem præbuit. v. PETR. MORETTI de ritu ostensionis sacrarum reliquiarum pag. 22. seqq. E contrario gentiles cadavera martyrum cum illorum memoria penitus delere tentabant. Crudelitatis hujus vestigia deprehendimus in litteris ecclesiæ Viennensis ac Lugdunensis apud EUSEB. hist. eccl. lib. 5. c. 1. & apud RUINART. in actis martyrum pag. 69. 327. Christianorum sepulchra violata, conqueritur TERTULL. in apolog. cap. 30. LACTANT. instit. lib. 5. c. 11. BALDUINUS ad Edicta veterum Principum Roman. de Christianis. p. 158.

Ereditio ciuitatum sepulturæ cadaverū promovit.

(d) Eam rationem jam dedit L. A. SENECA: non defunctorum causa, sed viventium, inventam esse sepulturam:

ut

ut scilicet corpora visu & odore fædata moverentur. Docuit enim experientia & ipsa ratio, putrefactionem cadaverum generare exitiosas exhalationes. Adde LU-  
CRETII CARI verb. ex lib. 6. de rerum natura:

*Et quum spirantes mistas hinc ducimus auras,*

*Illa quoque in corpus pariter sorbere necesse est.*

Præterea crescente hominum numero in civitatibus, & quum in opibus sumptus funerarii deficerent, publica & communia loca, pauperum & vilium mancipiorum funeribus destinata, *Puticula* dicebantur, quod ibi in puteis obruerentur homines. VARRO lib. 4. de ling. lat. FESTUS in voce Puticulus. KIRCHMAN. lib. 2. cap. 24. BERGIERIUS de public. & militar. imperii Romani vii. lib. II. sect. 38.

(e) Præter triste spectaculum, quod mortui cadaver præbet, dissolutum est omne cum defuncto commercium. Non mirandum igitur, quod mortuorum habitacula aliquantum separata esse viventes maluerint: accedebant aniles fabulæ de errantibus animabus mortuorum, cum ex ignorantia, tum ex superstitione, multorum præjudiciorum matre, descendentes. Ceterum non negandum est, si naturæ humanæ indolem consideremus, eam plerumque ab aspectu frequentiori cadaverum humanorum abhorre. Hujus horroris exempla etiam apud barbarissimas gentes deprehendimus, & lectu non injucunda sunt, quæ de funerandi ritibus Hottentotarum retulit KOLB. in der Reise an das Capo de bonne Esperance. P. 2. ep.

22. p. 579.

(f) Quid Religio in cœmeteriis locisque sepulturæ publicis erigendis potuerit, sequenti Capite opportunius proponendum erit.

C

§. III.

## §. III.

Diversa Cœm.  
Cœm. scilicet  
specificationes.

Et in hoc sensu vocabulum *Cœmeteriū* pro loco solemni publico communis sepulturæ accipimus. Tributa hæc appellatio *primo* sepulchris martyrum, (*a*) *postea* ampliora loca cœmeteriis adjacentia, (*b*) *deniq.* ipsæ ecclesiæ ac templo (*c*) hoc titulo notabantur. Paullus ab his recessit hodiernus vocabuli usus, qui ex superiori definitione patet; Illeque ad præsens spectat institutum,

Diversa Cœ.  
melteriorum  
nomina.

(*a*) Videtur hæc appellatio à sepultis martyribus illo loco profluxisse. Hinc etiam cœmeteria nomina diversa à Martyribus, qui ibi credebantur conditi, acceperunt, quorum indicem dederunt ONUP. PANVINIUS de ritu sepeliendi mortuos, cap. XII. & XIII. BARONIUS in notis ad martyrologium. RUINART. in actis martyrum pag. 617. Appellata quoque fuerunt arenae seu areæ, quam denominationem explicat TERTULL. ad Scapulam: *Loca serendis, exciscandis, terendis frumenti granis destinata.* Erat autem area locus in urbe vacuuus.

(*b*) In cœmeteriis quoque sacri ritus peragebantur, cubicula ad S. Synaxin obeunda exstructa, baptismi sacra administrata 1. Cor. XV. v. 29. ad illa Christiani tempore persecutionum confugiebant, in iis pernoctabant, persecutorum crudelitatem effugere tentantes, cui fini faventib[us] cryptæ, quas descriptis BARON. in annal. tom. I. ARINGH. in Roma subterranea lib. 2. cap. 2. p. 131. CASAL. de veter. sacr. Christian. rit. cap. 65. p. 338.

(*c*) Pia

Sacra in Cœ.  
meteriis per.  
acta.

(c) Pia recordatione acta Martyrum recolebant veteres Christiani, frequentantes saepius loca, quibus eorum corpora condebatur, & memoria martyrum appellari solebant, AUGUST. de civitat. Dei lib. 22. c. 8. loca & sedes Martyrum, l. 2. C. de SS. Eccles. tumuli & aræ super illa sepulchra exstruxerunt. PRUDENT. hymn. 4. in pass. Hippolyti:

*Incisos titulos & singula queris*

*Nomina: difficile est, ut replicare queam &c.*

His adjecta lignæ domunculae, ut sacris invigilantes à tempestatum injuriis essent immunes, quæ angustioribus successu temporis ædificiis occasionem præbuerunt, quæ martyria, ISIDOR. orig. lib. XV. c. 4. dominica, ecclesiæ, postea basilica, EUSEB. lib. 2. c. 46. & templo appellabantur. v. SAGITT. de natalit. martyr. cap. 3. HILDEBRAND. de sacris publicis templis cap. 2.

## CAPUT II.

DE

### LOCO, IN QUO COEMETERIA IN- STITUTA FUERUNT.

Prima jam circa coemeteria, quatenus com- De loco Cæmet-  
teriorum &  
corum iure.  
munem & publicum sepulturæ locum con-  
stituunt, quæstio est: *Quo loco cæmeteria sint  
instituenda?* Pleraque ex generali doctrina  
de sepultura mortuorum dependent. Dispu-  
tatum olim, *an humatio defunctorum in ur-  
bibus fieri debeat?* (a) Negatum quidem

C 2

pri-

primus temporibus. Sed laxiora fuerunt jura Canonica, (*b*) quo factum, ut non tantum cœmeteria in civitatibus tanquam templorum accessoria erigerentur, verum etiam ut sepulchra in monasteriis (*c*) imo ipsis templis (*d*) concederentur, cuius juris & consuetudinis rationes vix altius petendæ sunt.

*Greci extra  
urbes mortuos  
sepelirent.*

*Judeorum se-  
pulchra.*

(*a*) GRÆCI mortuos ante civitatum portas deliverunt, quod multis exemplis ac testimoniosis probavit SAM. PETITUS comment. in leges Atticas lib. 6. tit. 8. PFEIFF. antiquit. græcar. lib. IV. cap. 51. p. 747. Notari tam meretur dissensus, qui inter Solonem & Lycurgum fuit, quorum primus Athenis prohibuit, ne mortui intra urbem sepelirentur, CIC. lib. 2. de leg. alter Lycurgus Spartanorum Legislator, mortuos in ipsis urbibus & prope Deorum ædes voluit sepeliri, ut laconica juventus assuesceret, non metuere aut horrere mortem. QVENST. de sepultura cap. 8. p. 176, KIRCHMANN. de funeribus lib. II. c. 26. GYRALDUS c. 5. JUDÆORUM sepulchra regulariter extra urbes fuerunt. Exempla vide Matth. VIII. v. 28. Lucæ VIII. v. 12. Job. XI. Matth. XXVII. v. 6. Marc. XV. 46. Luc. XXIII. v. 53. Job. XIX. v. 41. Quælibet civitas peculiare locum habebat ad condenda mortuorum cadavera, qui extra terminum Num. XXXV. v. 3. definitum sepulturis destinatus erat. Huc respexit MOSES MAIMONIDES constit. de anno Jubileo cap. 4. §. 3. Singulus autem, inquit, urbibus dant sepulchrum extra hunc terminum. Nam moriuos suos non sepeliunt in terminis urbium suarum. Vivis dura sunt non vero ad sepulchra, non mortuis. Ipse Salvator noster in sepulcreto extra urbem condebat, v. JO. ANDR. SCHMIDII dissert. de tumba servitoris cap. 1. scđt. 1. §. 7.

§. 7. BYNÆUS de morte Jesu Christi lib. 2. cap. 8. p. 454. imo mortuos, tempore mortis Christi excitatos, urbem ingressos esse legimus. v. Summe Reverend. Dn. JO. CHR. WOLFUM in *curis philologicis in IV. SS. Evangelia p. 413.* Interim vix asserere possumus cum Celeb. & Beat. Dn. THOMASIO in *dissert. de Jure Princip. Evangel. circ. solenn. sepultur. §. 8.* certam extitisse legem Mosis, quod sepeliri debeant mortui extra castra & urbes. Nam occurunt etiam exempla sepulchorum intra urbes, quæ autem ad Jus singulare & extraordinarium referenda esse nobis videntur. Ille enim honor Regibus plerumque obtigit 2. Reg. XXI. v. 18. 26. Ibid. c. XIV. v. 20. add. NICOLAI de sepulch. Hebraorum p. 187. & apud HOTTINGER. Cippis Hebraicos pag. 43. Antiquissimus mos erat sepeliendi mortuos in hortis. GEIER. de luctu Hebraeorum cap. 6. imo in agris, cuius consuetudinis piam præbet rationem HOTTINGER in *histor. Patriarch. P. 1. exercit. 3. §. 60.* Ceterum, inquit, in agris & hortis Patriarche quam in Basilicis laqueatis aut mausoleis marmoratis sepeliri maluerunt. Nempe virent & florent hodie agri & horti, etas crescent & moriuntur. Hac imago fuit mortalitatis & res humanas caducas & fluxas esse sibi figuraverant. Similique consolationem in morte capiebant futura aliquando resurrectionis mortuorum & beatæ immortalitatis, quando ver novum revolutum fuerit. Ceterum Judæi semper magni fecerunt sepulturam in Palæstina: sepultum enim in terra Israelis ac si sub altari sepultus esset astimant, v. RELANDI Palestina lib. 1. c. 4. p. 28. aliaque multa privilegia de hac sepultura somniant, v. EISENMENGERI *endectes Ju- denthum. P. II. c. 16. p. 900. seqq.* Progredimur ad RO- MANOS, moribus apud illos antiquissimis receptum e- Locus sepultu- rat, ut extra urbem sepelirent vita funeti. KIRCH- re apud Ro- MANN. lib. 2. c. 20. APULEJUS lib. 4. edir. Basili. p. 478. manus. Singularem postea tulerunt Decemviri legem: HO- MINEM MORTUUM IN URBE NE SEPELITO,

*Eorum sepul-  
cra in civi-  
tatis.*

*Sepulture in  
Palestina  
prefstantia.*

C 3

NEC

*Leges sepulturam intra civitatem prohibentes.*

*Exceptiones.*

NEC URITO, v. Tab. X. Vol. 2. *Historia Juris* DN. PRÆSID. p. 266. Variæ hujus legis fuerunt apud Romanos rationes. PAULUS, qui lib. 1. sententiarum tit. 21. §. 3. eam recensuit §. 2. dedit hanc rationem, ne funestentur sacra civitatis. Ita ex antiqua superstitione, quæ ex aspectu five tactu rei funesta Sacra Deorum Superiorum contaminari docebat. GELL. lib. X. c. 15. ad quæ verba meretur legi JO. JAC. CHIFLET. in *Genimie titulo sepulcrali explicato* pag. 18. Prohibita uultationis intra mecenia civitatis alia accedebat ratio, nempe *ignis periculum*. Eam prodidit CIC. de legib. II. 23. Ita cum mos ille in funere Clodii negligeretur, igne ipsa curia & Porcia Basilica flagravit. ASCON. ad h. l. Igitur inter leges XII. Tabul. ea, quoque relata legitur: *ROGUM BUSTUMVE NOVUM AEDES ALIENAS PROPIUS LX. PEDES, SI DOMINUS NOLET, NE ADI CITO*, v. Illust. Dn. PRÆS. *Hist. Jur. Tom. 2.* p. 274. Et temporibus Augusti Appio Claudio & C. Norbano COSS. edictum, ne mortui intra duo millia passuum ab urbe cremarentur. DIO lib. 48. Extenſa hæc humationis ac cremationis prohibitio Jure Pontificio ad omnia loca publica, qua privata religione non obligari debebant. CIC. lib. 2. de legib. FRONTIN. de aqua ductu lib. 2. GUTHHER. de Jure manuum lib. 2. c. 33. Aliam interdictæ sepulturæ in urbe rationem præbent Scriptores: ne factore corpora viventium inficerentur. ISIDOR. orig. lib. 14. c. 11. aliam, ut monumentorum in viis publicis erectorum consideratione civium Romanorum virtus acueretur. BERGIER. de publicis & militaribus imperii Romani viis lib. II. sect. 34. n. 7. p. 181. Solebant autem Romani circa hanc legem quandoque dispensare decernendo publicum sepulturæ locum Viris de Republica bene meritis, quamvis hoc rarissime factum. Ita CIC. Philipp. X. maiores nostri, inquit, statuas multis decreverunt, sepulchra paucis. Statuas intereunt tempestate, vi, vetustate; Sepulchrorum ausens

autem sanctitas in ipso solo est, quod nulla vi moveri neque deleri potest. Atque ut cetera extingui solent, sic sepulchra sanctiora fiunt vetustate. Interim cum Romani, antiquissimi moris & legis obliti, frequentius mortuos in urbe sepelirent, DUILLIUS Cos. ad Senatum retulit, & restituta fuit Lex XII. Tabul. & SCrum factum: ne quis in urbe sepeliretur. SERVIUS ad 11. Aeneid. Inhaeserunt his principiis ipsi Imperatores. HADRIANUS, qui circa se <sup>Hadrianus pro-</sup>  
<sup>bibitio.</sup> culi secundi annum vigesimum imperare coepit, referente ULPIANO l. 3. §. 5. de sep. viol. rescripto p̄enam statuit quadraginta aureorum in eos, qui in civitate sepeliant, quam fisco inferri jusfit, & in magistratus, qui pasci sunt, & locum publicari jusfit & transferri. Retulit hanc legem REN. BOTTEREAU in Hadriano Legislatore ad annum nonum imperii Hadriani. De aurei valore v. CUJAC. obser. lib. 19. cap. 31. GRONOVI. de vor. pec. lib. 3. p. 174. quo loco docet, aureum romanum nostro duplo & quasi dimidiato fuisse majorem. Eadem legem ad municipales civitates extendendam monuit JCtus, cum notum sit, quod municipia multis singularibus usa fuerint moribus. P. PONCETUS de Jure municipalī p. 8. Similem constitutionem tulisse fertur ANTONINUS PIUS apud CAPITOL. cap. 12. intra urbes mortuos sepeliri vetuit. Cum igitur ULPIANUS serius, & quidem sub Caracalla & Alexandro Severo, vixerit jam Seculo tertio, mirantur viri docti, quod allegato loco non fecerit mentionem junioris legis à PIO latet, sed tantum Hadriani rescriptum referat. Totus in eo, ut hujus rescripti generalitatem assereret, quo labore super sedere potuisset, si Capitolino fides habenda foret, Pium constitutionem illam addidisse. De dissolvendo hoc dubio jam egerunt BURGUS Elec. lib. 2. c. 4. JAC. GOTHOFER. ad l. 6 Cod. Theod. de sep. viol. tom. 3. p. 148. & nos visimē SCHULT. in Jurispr. antejust. p. 262. n. 11. sed quid

quid obstat, quo minus cum CASAUBONO *ad cit. loc.*  
*Capitolini, & CUJACIO observation, lib. XXI. c. 13.* creda-  
 mus, utrumque imperatorem tale rescriptum sive con-  
 stitutionem dedisse. Ipse UPLIANUS de rescriptis  
 principalibus in plurali loquitur. *Quid tamen, inquit,*  
*si lex municipalis permittat in civitate sepeliri? post RESCRIP-*  
*PTA PRINCIPALIA an ab hoc discessum sit, videbimus: quia*  
*generalia sunt rescripta, & oportet IMPERIALIA STATUTA*  
*suam vim obtinere & in omni loco valere.* Ex silentio legis  
 nihil tuto inferri potest; neque exempla sunt rario-  
 ra, quod plures Imperatores in fiscienda & renova-  
 vanda lege convenerint. Repetierunt eandem le-  
 gem Imperatores DIOCLETIANUS, & MAXIMINIA-  
 NUS, qui exente tertio seculo imperarunt. Nam in  
*leg. 12. C. de relig. & sumt. fun. legimus, mortuorum reliquias,*  
*ne sanctum municipiorum Jus polluatur, intra civitatem condi,*  
*jam pridem vetitum est.* Et in hac lege rationem super-  
 fictionis plenam repetitam esse deprehendimus, de  
 qua jam aliquoties dictum. Eleganter & concinne  
 haec explicit JAC. GOTHOF. *l. cit.* Diis superis sa-  
 crata, solo aspectu vel contactu rei funestae conta-  
 minari credita: Sacerdotibus ferme religioni fuisse,  
 vel funus videre, vel locum funestum ingredi. Sta-  
 tuas etiam Deorum velatas, aut translatas, si quæ in  
 loco posita essent, ubi crebra supplicia & cædes, fu-  
 nere pollutis sacrificare nefas fuisse. Vidimus legem  
 hanc de non sepeliendis mortuis intra civitatem uni-  
 versalem fuisse, Romæ & que ac in civitatibus & mu-  
 nicipiis observandam. De civitate Vesontio & an-  
 tiquo publico sepulturæ loco extra civitatem sito,  
 quem adhuc hodie *campum nigrum* vocant, legi mere-  
 tur JO. JAC. CHIFLET. *Vesontionis p. 1. c. 26. pag. 90.*  
 Ceterum cum haec sepulturæ intra civitatem prohibi-  
 tio unice superstitioni Romanorum deberi videatur:  
 observandum tamen, ipsum THEODOSIUM M. anti-  
 quam

*Religio Roma-  
 norum con-  
 traria sepul-  
 ture in ci-  
 vitatibus,*

*Municipia  
 idem Jus ob-  
 servarunt.*

quam hanc legem addita nova pœna confirmasæ,  
tantum abeft, ut illam Christianæ fidei contrariari  
crediderit. Legitur illa lex lib. IX. Cod. Theod. tit. XVII. *Theodosii M.  
n. 6. apud JAC. GOTTHOF. Tom. III. p. 147. Omnia, que prohibito.*  
supra terram urnis clausa vel sarcophagis corpora detinend-  
tur, extra urbem delata ponantur, ut & humanitatis instar (exem-  
plum) exhibeant, & relinquant incolarum domicilio sanctitatem.  
Quisquis autem hujus precepti negligens fuerit, atque aliquid ta-  
le ab hujus interminatione precepti ausus fuerit moliri, tertia in  
futurum patrimonii parte multetur: officium quoque, quod sibi pa-  
ret, quinquaginta librarum auri affectum dispolatione merebitur.  
Ac ne alicuius fallax & arguta solertia ab hujus se precepti in-  
tentione subducatur, atque Apostolorum vel martyrum sedem hu-  
mandis corporibus estimet esse concessam, ab his quoque ita, ut à  
reliquo civitatis noverint sè atque intelligent effusimotos. Omi-  
nit hanc legem in Codice Justinianeo TRIBONIA-  
NUS, qui tantum ultima constitutionis verba in l. 2,  
C. de SS. Eccl. transcripsit. Superfuerunt antiqui hu-  
jus Juris vestigia illis ipsis temporibus, quibus Italia  
barbaris subiecta succumbebat. Ita enim in Edicto  
THEODORICI Regis n. CXI. legitur: *Qui intra urbem Theodorici Re-*  
*Romam cadavera sepelierit, quartam partem patrimonii sui fisco gis lex,*  
*sociare cogatur: si nihil habuerit, cæsus fasibus civitate pellatur.*

add. CASSIODOR. c. 3. *huiusmodi sunt huiusmodi*

(b) Christiani primis temporibus defunctorum ex-  
Christianorū  
extra urbem sepeliverunt, qui mos pene usque ad Secu-  
sepulura ex-  
lum VI. duravit, teste JUSTO FONTANINO in disco  
argenteo votivo veterum Christianorum Perusia reperto prefat. §.  
VIII. p. 33. add. CHIFLET. in anastasi Childeric Regis c. 5.  
p. 76. Solebant tamen sapienti cadavera martyrum  
surripere, ac in domo propria sepelire, BARON. annal.  
eccles. T. II. ad ann. 226. imo quandoque non mediocri  
pecunia redimere. SAGITT. de natalit. marty. c. 3. §. 15.  
& 19. Extra urbem quoque in locis subterraneis de-  
functorum corpora condebatur. *Loca sepulta-*  
*re subterra-*  
*illa delineamen-*  
*vit*

vit ANT. BOSIUS in *Roma subterranea Lib. 1. cap. 2. §. 9.* conferendus cum MABILLON. scriptis de cultu Sanctorum Ignotorum, quæ leguntur *Tom. I. Opp. Posthum.* & MISSON. *Voyage d'Italie Tom. II. p. 237.* In his quoque locis frequentes Christiani habuisse religionis & divini cultus causa conventus credūtur, quod Ethnici Imperatores multis modis interdicere ac turbare tentarūt. EUSEB. *hist. eccl. lib. 7. c. 11. & lib. IX. c. 11.* Quem rigorem aliquantum temperavit GALLIENUS jubens, ut Christianis restituerent cemeteria, iisque libere suos conventus agerent. EUSEB. *lib. VII. cap. XIII.* Pace ecclesiæ data, non statim cemeteria, cum templis conjuncta fuere. THOMAS. *de vet. & nov. Eccles. Disciplina* p. 3. *lib. 1. cap. 66.* Interim invaluit mos, ut corpora Martyrum inferrentur, quorum cultus indies crevit. Basilicae in eorum honorem exstructæ, reliquiae sub altaribus conditæ. CONC. CARTH. 5. 14. omnino nulla memoria martyrum probatiliter acceptetur, nisi aut ibi corpus, aut aliqua certa reliquia sint. BINGHAM *the antiquities of the Christian Church lib. 23. cap. 1. p. 18.* Exempla vide apud JAC. GOTHOF. *tom. 3. Cod. Theod. p. 151.* Hæc ædificia appellabantur *Martyria*, l. 16. C. de SS. Eccl. & ita hæc appellatio ipsis ecclesiis communicata. Imo in eum abiit hæc martyrum veneratio abusum, ut legibus opus esset, quibus reliquiarum nundinationes prohibenda, l. 4. C. de SS. Eccl. l. 7. C. Theod. de sep. viol. accedentibus multis imposturis. Invalescebat simul ea superstitione, quasi singularis foret felicitas ad latus martyrum sepeliri. Hinc AUGUST. *lib. 2. retract. c. 64.* testatur; se litteris interrogatum fuisse, utrum profitetur cuique post mortem, quod corpus ejus apud Sancti aliquius memoriam sepeliatur. Scripto propterea librum de *Cura pro mortuis*, in quo sententiam suam ita exposuit: Profecto etiam provisus sepeliendis corporibus apud memorias Sanctorum locus, bona affectio-

Martyrum  
corpora in ci-  
vitates trans-  
latae.

Desiderium se-  
pultura ad la-  
tus martyrum.

fectionis humanæ est erga funera suorum : quoniam si nonnulla religio est, ut sepeliantur, non potest nulla esse, quando, ubi sepeliantur, attenditur. HO-  
SPIN. de origine templorum Lib. III. cap. I. p. 342. Huic  
quidem novitati Principes gravissimas opposuerunt  
leges, & spectat hic THEODOSII M. lex superius *Theodosius M.*  
citata, l. 6. C. Th. de sep. viol. quæ hanc à nonnullis usurpatam libertatem sepeliendi mortuos intra civitatem *probibet sepulturem in civitatibus.*  
appellat fallacem atque argutam solleitam. Sed ne hæc  
quidem freна injicere potuit superstitioni ac vanæ  
ambitioni, quo factum, ut demum hæc intra civita-  
tem sepeliendi mortuos licentia abierit in consue-  
tudinem, tandem ab Imperatore LEONE seculo no-  
no confirmatam per NOV. LIII. qua leges priores an-  
tiquavit statuendo : ne igitur ullo modo inter civiles leges hac *Sed contraria confuetudo in-*  
*lex reconsueatur, sancimus, quin potius, ut à consuetudine recte con-*  
*temnitur, sic etiam Decreto nostro reprobamus.* *Quicunque au-*  
*tem, sive extra muros, sive intra civitatem, sepelire mortuos solet,*  
perficienda voluntatis facultatem habeto. Introducenda au- *Origo coemete-*  
tem huic consuetudini multum favebant Clerici, in *riorum.*  
conciliis, concionibus, scriptis singularem evehen-  
tes felicitatem sepulchorum juxta tempora, quæ marty-  
rum titulos & reliquias exhibebant. AMBROS. *Sermo-*  
*ne 77. Ideo à majoribus provisum est, ut sanctorum osib[us] cor-*  
pora nostra sociemus, ut, dum illos tartarus meruit, nos pa[na] non  
ranguit. PAULIN. *Carm. 15.*

Ut de vicino sanctorum sanguine ducat,  
Quæ nostras illæ purget in igne animas.

GRATIANUS c. 19. §. 3. cauf. 13. qu. 2. quod vero, inquit,  
quisque apud memoriam Martyrum sepelitur, hoc tantum mihi  
videtur prodeſſe defuncto, ut commendans eum etiam martyrum  
patrocinio affectus pro illo supplicationis augeatur. Addeban-  
tur alia rationes. Defunctoris prope ad ecclesiæ esse  
humandos, quo certius viventium precibus frui que-  
ant, GREGORIUS I. dialog. l. 4. c. 50. cum defunctorum

*Communio  
cum mortuis*

*Benedictio cæ-  
melteriorum.*

*Immunitas  
cæmeteriorū.*

animæ per orationes , eleemosynas , & sacrificia juventur, GREGOR. VII. Lib. 1. ep. 6. Conc. Senonensem cap. 12. apud PARAVICINUM in Polyanthea sacrorum canon. Tom. I. p. 470. recepta inde etiam defunctorum in missa commemoratio. De consecrat dist. 1. cap. visum preterea. Conc. Cabilon. 3. cap. 39. HILDEBR. in offertorio pro def. cap. VI. §. 3. Ex quibus principiis enata de communione cum mortuis doctrina, de qua consuli meretur dissertatio doctissima Illust. DN. BÖHMERI de jure denegandi communionem cæmeteri. §. 5. Quanti autem fecerint antiquis temporibus communem illam sepulturam , patet ex OPTAT. MILEV. de schismate Donatistarum lib. 6. cap. 7. pag. 97. quid referam , inquit, illam impietatem, de vestra coniuratione venientem, quia ad hoc Basilicas invadere voluistis , ut vobis solis cæmeteria vindicentis , non permittentes , sepeliri corpora catholica---- & paulo post : si corpora non vis in unum quiescere , animas tamen in uno apud Deum positas non poteris separare. Porro hæc cæmeteriorum cum templis vicinia novis conclusionibus occasionem præbuit. Ad eam enim horum reverentiam accesit denuo Benedictio, arg. c. nemo Ecclesiam de consecr. dist. 1. quam ita necessariam esse perhibuerunt, ut non præcedente Episcopi benedictione non dici possit cæmeterium , etiamfi ibi corpora humana sepulta fuerint. INNOC. JOAN. ANDREAS in c. abolen- da de sepult. add. GREGOR. TURON. lib. de gloria conf. cap. 106. p. 986. Ritus hujus benedictionis videri possunt in PONTIFICALI ROMANO Clementis VIII. & Urbani VIII. auctoritate recognito, nuper Roma nitidissime recuso, part. 2. p. 338. in RITUALI ROMANO, Pauli V. jussu edito. p. 268. AND. PISCARÆ CASTALDI Praxi Ceremon. P. 2. seft. 13. cap. 2. MARTENE, de antiqu. eccles. rit. lib. 3. p. 361. Communicata quoque cæmeteriis ecclesiastarum immunitas arg. c. 6. caus. 17. qu. 4. Hinc antiqua forma cæmeteriorum fuit, ut per circuitum, si Ecclesia cathedralis esset, per quadraginta passus, si vero pa-

parochialis vel alia, triginta passus complectetur. URRUTIGOYTUS de ecclesiis cathedralibus, cap. XXVI. pag. 453. Extenderunt horum locorum jura nonnulli Do-ctorum ad eam distantiam, quanta sufficeret, ut Sa-cerdotes, ibi cantantes five in templo five in cœme-terio nec videri possint, nec audiri. SOCIN. in c. sacris, de sent. exc. n. 154. Respondet his moxibus germanica ap-pellatio der Kirchhöfe: imo ab hac immunitatis præsum-ptione derivandus forte est antiquus ille mos per Fran-coniam & Sueviam usitatus, quod cemeteria tempore belli fuerint asylorum & receptaculorum instar, quod refert MUTIUS german. chron. lib. 21. fol 198. add. decreta in Romana Synodo a. 1059. promulgata, apud HARD. tom. VI. p. 1058. cemeteria claudantur. v. confit. Alexandri Con-vent. Episc. de a. 1237. IBID. tom. VII. p. 277. ne brutis a-nimantibus pateant. Concil. Rotomagensis de a. 1581. Tom. X. p. 1241. Denique ex his principiis profluxit neces-sitas defunctos in cemeteriis sepeliendi. Quo tem-pore introducta, difficile est definire. Certe Justinia-ni temporibus videtur adhuc permitta fuisse sepultura mortuos sépe Obligatio  
privata, cum in Imperatoris legibus tot adhuc legan-tur leges de locis Religiosis. v. PAGANIN. GAU-DENT. de Justiniane seculi moribus. P. 1. cap. 26. Forte hoc referenda erit dispositio CONC. MATISCONEN-SIS II. de a. 586. ne quis mortuis suis religiosa loca usur-pet, sine voluntate Domini sepulchrorum. Et viden-tur hæc paulatim procesisse, prout in omnibus iis re-bus fieri solet, quæ consuetudine introducuntur. HINCMARI Remensis temporibus, qui Seculo IX. vi-xit, nemo sibi locum sepulturæ hæreditario jure ar-rogarere potuit. vid. ejus capitula ap. HARDUIN. tomo V. Concil. p. 407. Clarius hæc leguntur in Capitul. CARO-LI M. de partibus Saxonie cap. 22. UT CORPORÆ DE-FUNCTORUM IN COEMETERIIS SEPELIANTUR, apud BALUZ. Tom. I. p. 254. add. Concil. Col. 3. p. 7. 6.

7.c. 15. Expressam habemus in Jure Canonico constitutionem, privatas sepulturas prohibentem, c. 3. X. de sepult. quæ in vulgaribus editionibus perperam tribuitur INNOCENTIO III. adscribenda potius INNOCENTIO II. prout recte habet compil. 1. decret. apud ANT. AUGUST. p. 73. Fuit Innocentius II. a. 1130. in Pontificem electus. Add. GONZALEZ. ad b. l. Tom. III. p. 543. qui ibidem hunc textum cum cap. certum de consecr. dist. 1. & cap. 3. §. fin. de sepult. in o. conciliare studuit. Ex adductis igitur patet origo cœmeteriorum in civitatibus. Neque tamen mos ille extrudi cœmeteria intra muros ubivis fuit receptus. Ita Gallicana Ecclesia dicitur privilegiata, quod homines non sepeliantur in urbibus, cum extra civitates sint cœmeteria ab Episcopis benedicta URRUTIG. c. 26. p. 451. n. 106. DURANT. de ritib. eccl. cathol. lib. 1. cap. 23. p. 179. Singularia de cœmeteriis Ticinensis legi possunt apud MURATOR. Tom. XI. Scriptor. Italic. pag. 42.

Sepultura in  
monasteriis.

Lites inter se-  
culares & Re-  
ligiosos Cleri-  
cos.

(c) Sepulturam in monasteriis jam ævo JUSTINI NIANI cognitam fuisse, patet ex Nov. CXXXIII. c. 3. qua prohibetur, ne vir in muliebri monasterio neq; mulier in virorum monasterio sepeliatur. Prima autem monasteriorum cœmeteria fuerunt ante monasterii claustra, & demum Seculo VII. infra monasterii ambitum posita, successu demum temporis in claustra recepta, imo tandem in ipsis oratoriis sepultura concessa, quæ omnia latius adduxit MARTENE de antiquis Monachorum ritibus lib. 5. c. 10. p. 817. seqq. Frequentiores medio ævo sepulturæ in monasteriis permisæ furerunt, adeo, ut inter Clericos Seculares & Regulares non levis inde oriretur contentio. Egregium & fincerum de hac lite est judicium, quod dedit THOMASIN. de vet. & nov. eccl. discip. de beneficiis. P. 3. lib. 1. cap. 65. P. 248. Non tantopere, inquit, effrenuerint contentiones,

nes, si in honore & pretio semper fuissent illæ regula duæ, quæ in primigenie ecclæ florentissima juventa riguerunt, ut in Ecclesiis tumularetur nemo, utque ex loco putredinis sive sepulture nihil invi exigeretur. De hac lite, cui simulatio avaritia & ambitio occasionem præbuerunt, jam conquestus est GREGOR. IX. c. 16. X. de excess. Prælator. Proinde in Conclio Vieñensi a. 1311. lata est sub CLEMENTE V. constitutio c. 3. Clement. de penit. gravissima, Religiosos & Clericos seculari aliquem inducentes, ut ex voto, juramento, vel promissione apud eos sepulturam eligat, vel electum non mutet, ipso facto excommunicandos. Interdictum autem erat olim monachis sepelire mortuos, c. 1. caus. 16. qu. 1. cujus prohibitionis causas ex veteri Monachorum disciplina docuit FR. FLORENS de Statu Monachor. Opp. Tom. II. p. 47. & DARTIS. ad Decretum p. 214. Primi vero Pontificum, Privilégia Religiosorum. qui majorem monasteriorum indulserunt libertatem, vindicentur GELASIUS & GREGORIUS M. fuisse can. 13.

c. 14. & 15. caus. 16. qu. 1. Interim varii ordines imo singularia Monasteria à Pontificibus speciales imprestarunt concessiones juris sepeliendi defunctorum extraneos. Tale privilegium in CÆLESTINOS collatum à Gregorio X. a. 1274. apud CHOPP. in Monastico lib. 2. p. 191. In CARMELITAS ab Alexandro IV. a. 1254. Ibid. p. 235. In AUGUSTINIANOS à Bonifacio VIII. Ibid. p. 225. Simile privilegium fratribus Prædicatorib⁹ & Minoribus concessum recenset c. 2. Clement. de sepult. In Ordine CLUNIACENSI jam Seculo XI. à BERNARDO conscripto P. 1. cap. 7. + num. 39. dispositum, quod de sepultura defunctorum nunquam pecunia sit exigenda, sed omnes, qui afferuntur sine conventione pecunia sint sepeliendi. v. Veterem disciplinam Monasticam, nuper editam studio Monachi e congregatione S. Blasii pag. 274. Antiquissima statuta Ordinis CISTERCIENSIS de a. 1134. definiunt, ad sepulturam neminem extraneum, præter hospites & mercenarios, intra monasterium

mo-

morientes, & duos tantum de amicis & familiaribus cum uxoribus suis recipiendos. MANRIQUE *annal. Cisterciens.* Tom. I. p. 275. Adde privilegium MINIMORUM à JULIO II. a. 1503. concessum, apud LAUR. de PEYRINIS, *de officio subdit. Regularis* Tom. I. p. 236. Cum autem mortuorum sepultura pertineat ad Parochum de jure Parochiali, deficiente familiari sepulchro aut electione sepulturæ, regulariter quarta funeraria seu Canonica portio Ecclesiæ parochiali solvenda est. TAMBURIN. *de jure Abb.* Tom. III. dec. 83. p. 372. Hinc privilegiis sepultura plerumque addita clausula: *salva tamen iustitia illarum ecclesiarum, à quibus corpora assumuntur.* Olim enim non libera erat electio sepulturæ: Mortuus sepeliendus erat, ubi sacramenta ecclesiastica percepérat, *can. ubicumque can. placuit XIII. qu. II.* quia Parochiani habentur pro servis Ecclesiæ, *can. univ. t. X. q. 3.* ALTESERRA ad INNOCENT. III. ep. 439. Interea nobilissimi Laicorum semper magni fecerunt sepulturam in monasteriis, adeò, ut leges contrariae, & statuta prohibentia magis inflammare viderentur eorum desiderium, sepultura friuendi in monasteriorum claustris. Huc spectant, quæ retulit MANRIQUE l. cit. Factum est, inquit, ut qui juis sepeliendi omnino à se plane abdicaverunt, non differente Deo mercedem meritis Reges & Principes vel inviti sepelirent. Ex tunc enim tot Principes, tot Reges Cistercienses Ecclesia suscepérunt, ut pene à Deo praelectæ viderentur in Principum & Regum sepulturam. Singularia monasteriorum quoque de sepultura jure multa occurunt privilegia. Tale est Abbatia Morbaciensi datum à Cœlestinio M. a. 1190. ap. MARTENE in thes. anecdoto. T. I. p. 634.

Sepultura in  
Templo.

(d) Hac Martyrum veneratio in ipsa denique templis mortuorum cadavera pertraxit, invitatis legibus, reclamantibus canonibus. Vix numerari possunt decreta & leges Principum ac Conciliorum, vanita-

nitatem ac ambitionem sepulturæ in templis reprimentes, quas hoc loco recensere nimis prolixum foret. Prætentebatur itidem desiderium vicinia Martyrum fruendi: & quo difficiliores in hac concedenda gratia canones esse videbantur, eo magis in vetatum nitebantur Laici & eo gravius accedebat pretium sepulturæ redimendæ in templis, quod deprecabantur Clerici, qui tandem liberalitatí sepulturæ in ecclesiis ambientium ulterius non resistere poterant.

Ita in HINCMARI capitul. Remens III. n. 2. ut pro loco sepultura sicut sacra & canonica sanxit autoritas; nemo à quocunque quiddam exenii exigat. Si autem aliquid quisquam GRATIS offerre voluerit, post sepultum cari sui vel care sue corpus hoc suscipi non vetamus. HARDUIN. Concil. tom. 5. p. 407. add. c. 12. c. 13. c. 14. c. 15. Causa XIII. qv. 2. Cap. 9. 25. X. de Simonia c. 23. X. de sepult. GREGOR. M. epist. lib. 7. ep. 4. conf. DN. BRUCKNERI diff. de sepultura gratis concedenda. Varias distinctiones & limitationes ex cogitatas ad excusandum accipiendi studium pro sepultura, recensuit DUAR. de sacr. eccl. minist. lib. VII. c. 6. & PERTSCHIUS de criminis Simonia sect. 2. cap. 5. p. 292. Exempla vero insolita avaritiae ac inhumanitatis leguntur apud ANT. MATTHÆUM in manuductione ad jus Canonicum lib. 3. p. 243. Jussarent etiam leges, ut sepulturæ gratis fierent l. 18. C. de SS. Eccles. Nov. 43. & 59. Ceterum hoc loco paucis exhibenda erit origo & progressus sepulturæ in templis. Constantini M. corpus in Apostolorum ecclesia depositum, ut apostolicæ nominis atque honoris consortio fruenteret, & populo Dei in ecclesia sociaretur divinisque ceremoniis ac mystico sacrificio & sanctorum precum communione potiretur. An vero in ipsa eccllesia vel tantum in atrio sepultum fuerit, disputatur. JAC. GOTHOF. Tom. 3. Cod. Th. p. 151. THOMASIN. de vet. & nov. eccl. disciplin. p. 3. lib. 1. cap. 66. Paulo post invavit, ut Reges & Principes in templis ac ecclesiis se-

*Sepultura fit  
gratuita.*

*Sepultura  
Principum.*

*Sepultura Clericorum.*

*Sepultura in templo.*

sepulturas sibi elegerint. vid. DN. GOTTL. SLEVOGT. de *sepulturis Imperatorum, Regum, Electorum &c. in Monasteriis & templis.* De sepultura Romani Pontificis, cuius corpus ecclesia S. Petri infertur, videri potest MARCELLUS *sacrar. ceremoniar. lib. I. sed. XV.* Idem ius sepulturae in ecclesiis sibi assuerunt Episcopi. Rationem dedit SOZOMEN. *hist. eccl. lib. 2. c. ult. Imperatores Constantinopoli obeuentes sepeluntur, atque Episcopi etiam: quippe cum Sacerdotalis imperii dignitati par sit, imo vero in locis sacris primas partes obtineat.* Ingravescenti autem mori defunctos in templo sepeliendi & leges & Canones varias opposuerunt sanctiones l. 6. C. Theod. de *sepulch. viol.* l. 2. C. de SS. Eccles. nemo apostolorum & martyrum sedem humanis corporibus existimet esse concessam. CONC. BRACARENSE a. 563. can. 18. Corpora defunctorum nullo modo intra Basilicam Sanctorum sepeliantur: sed si necesse est de foris circa murum Basilicae usque adeo non abhorret. In CONCILIO NANNETENSI. d. a. 890. quod GRATIANUS cum Varense confudit. can. 13. qu. 2. can. 15. prohibitetur, corpora defunctorum nullo modo intra Basilicam sanctorum sepeliantur, sed in atrio aut in portico aut in exedris Ecclesia. Descripsit hæc loca BALUZIUS in notis ad Reginonem. pag. 559. ATRIUM est, inquit, proprio spatiū vacuū, quod remansit ex area sive loco, ubi edificata est ecclesia, atque ita atrium omnem circumambit ecclesiam. Atrium tamen cum dicunt Autores ecclesiastici, intelligunt ut plurimum eam partem atrii, quæ proxima januis est, in qua vestibulum. Appellatum aliquando *Paradisus vel Parvisum ecclesia* LEO OSTIENS. in Chron. Cass. l. 3. c. 26. PORTICUS erat locus deambulationi aptus, ut sunt claustra ecclesiæ & monasteriorum. Incertæ autem antiquitus fuerunt sedes porticum. Nam cum hodie utique sint in latere Ecclesia, olim alicubi erant inter ecclesiam & vestibulum. EXEDRA erat locus circum

cum ecclesiam, in quo sedere ac requiescere licebat. Existimo autem, exedras constituisse partem murorum Ecclesiae, id est factas in muro sedes in circuitu ecclesiae. In muro dein illo prominenti cum nonnulli cupiissent sepeliri, cameras quasdam ac fornices construebant in exedra, in quibus eorum corpora condebatur. Haec tenus BALUZIUS. In his tribus locis Synodus permisit sepulturas add. lib. I. Capit. Reg. Franc. c. 158. lib. 2. c. 48. Sed ab hoc rigore paulo post multum fuit recessum, nam & permisum fuit, ut Laicorum corpora considerentur templis, si defunctus homo eximia virtutis fuisse & Consensus Episcopi præcessisset. S. THEODULPHUS Episcopus Aurelianensis. Seculo VIII. in epistola ad suos Presbyteros prohibet sepulturam in templis, addens, nisi sit persona sacerdotis, aut cuiuslibet iusti hominis, qui per vitam meritum talem locum promeritus fit. Concil. Tribur. de a. 895. nemo in Ecclesia sepeliatur, nisi forte talis sit persona, aut cuiuslibet iusti hominis, qui per vitam meritum talem vivendo suo corpori defuncto locum acquisivit, CONC. Wintoniensis de a. 1076. ut in ecclesia corpora defunctorum non sepellantur. HARD. Tom. VI. p. 1561.

Leges ecclesiasticae EDGARI Regis Anglorum de a. 967. nemo quempiam in ecclesia sepeliat, quem non constat ex vita probitate Deo placuisse & ex eo judicetur hujusmodi sepultura dignus HARD. tom. 6. p. 662. Synodus Cicestrensis de a. 1292 In ecclesiis vel earum cancellis non fiant sepultræ indistincte ad cuiuslibet voluntariam electionem corporum defunctorum : villarum dominis & patronis ecclesiarum & illarum uxoribus rectoribus etiam & vicariis exceptis, per quos vel per quas accreverit honor illis ecclesiis, notabiliter & perpetuo duraturus. IBID. Tom. 7. p. 1120. Synodus Coprinicensis de a. 1255. cap. 39. ne corpora defunctorum sepellantur in ecclesiis, nisi sit fundator

*Limitationes  
hujus prohibi-  
tionis.*

vel patronus, vel capellanus ecclesiae, nisi de licentia Episcopi IBID. tom. 7. p. 480. CONC. *Nugaroliense* de a. 1303. corpora laicorum non sepeliantur intra ecclesias sine licentia Praelati & rectoris, quamvis ab antiquo haberent sepulturas IBID. p. 1262. *Constitutio-nes Synodales Fratres Arnaldi de Peralta Episcopi Valentini* de a. 1261. quod si quis rector sepelierit infra principales parietes ecclesiae aliquam personam, nisi de illis, de quibus canonice est licitum sepelire, sive mandato Episcopi ipso jure sit privatus beneficio dictae ecclesiae: & si alii clerici dictae sepulturae prohibita interfuerint, ipso facto ab introitu ecclesiae sint suspensi IBID. p. 1986. Veterem hanc Ecclesiae disciplinam recentiora quoque commendarunt concilia. Conf. CONC. ROTOMAGENSE. de a. 1582. n. 31. IBID. tom. X. p. 1242. add. FEDER. CARD. BORROMÆI *acta Ecclesie Mediolan.* pag. 100. 325. 385. Hæc quamvis prudenter & saluberrime fuerint constituta, neglecta tamen prorsus sunt & rarissime observantur, adeo, ut non inanes sint querelæ Doctissimi ESPENII in *Jur. eccles.* P. 2. tit. 38. n. 34. Mirum, inquit, quanta velocitate duobus hisce scilicet laicorum ambitione & Clericorum cupiditate impellentibus, disciplina bec antiquitus religiose observata de non sepeliendis mortuis in ecclesia, quasi ad interitum descenderit: ipsaque ecclesia facta sunt dixitum quorundam coemeteria, in sepulturam pauperum duntaxat relatis coemeteriis. Cæterum de sepultura in ecclesiis conferri mente-  
nentur ILL. DN. GUNDLING *Observat. select. obs.* 6. p. 137. & MURATORII *anecdot.* P. I. p. 185. CHOPP. in monastico Lib. II. p. 195. FRANC. de ROY de jure boni-  
vicio in Ecclesia lib. 2. cap. 8. ALTESERRA in not. ad Gre-  
gor. Turon. p. 315. RUINART. in *act. martyrum.* p. 522.

CAP.  
19V

## CAPUT III.

DE

TOLLENDIS COEMETERIIIS EX  
URBIBUS.

## §. I.

Satis aetum de coemeteriorum translatione, *An coemeteria ex urbibus tollenda?*  
 in urbes, & defunctorum in templo. Iniquitatem (*a*) sepulturæ in templis jam multi agnoverunt. Pene idem dicendum de coemeteriorum in urbibus exstruzione & facta templis adjunctione. Eorum necessitatem & pietatem vix evincunt argumenta, quæ pro illorum in urbibus conservatione (*b*) afferri solent, & haud difficilis eorum est refutatio. (*c*) Multo sanior videtur ea esse opinio, quæ coemeteria ex urbibus tolli suadet. (*d*)

(*a*) Argumenta, quæ nos ad amplectandam hanc sententiam movent, sequentia sunt. *Primum* ex antecedentibus patet sepulturam in templis nullibi fuisse præceptam, e contrario illam legibus & canonibus interdictam, eamque moribus & consuetudini unicè adscribendam. Non inficiari id potuit frenuus alias hujus libertatis assertor FR. URRUTIGOYT. *de ecclesiis cathedral. cap. XXVI. pag. 457.* *Licet*, inquit, *hodie omnium corpora ex communi consuetudine Republicæ Christianæ intra Ecclesiam indistincte sepeliri possint, quam consuetudinem approbavit Rota apud Pennam Dec. 199. per textus in c. cum gra-*

*Argumenta  
contra sepulta-  
ras in templis.  
Primum.*

## Secundum

Rationes pro  
sepultura in  
templo recen-  
sentur & refu-  
tantur.

Prima.

Tertia.

Quinta.

via c. miles 23. q. 5. c. ecclesiam de consecr. dist. 1. tamen hoc procedit ubi talis vigeret consuetudo: in provinciis enim ubi non est admissa, nequaquam est tolerandum. Est igitur res meret libertatis & mutationi obnoxia, illiusque dispositio- ni relieta, cui de ritibus & ceremoniis statuendi jus competit. Secundum levia sunt pleraque sententiae ad- versae fundamenta. Tredecim adduxit pro sepultu- ris in ecclesiis argumenta Autor superius citatus, sed pleraque fucum oratorium magis referunt quam ve- ritatem & omni vi concludendi destituuntur. Ad hanc classem referimus rationem primam: Cum templum, in- quid, sit habitaculum Dei, ubi actiones piae geri possunt e qua- rum numero est mortuus humare, maximum videtur piacu- lum si ibi non condantur, ubi fons uberrimus pietatis seatur. Quasi omnia illa, quæ pietatis & humanitatis ratio a nobis exigit in templis unicè peragenda essent. Gra- viori censura digna est ratio tertia cadaveribus ibi se- pulcis templis fieri religiosiora arg. l. 2. ff. de relig. & sumpt. fun. Sed jam superiori capite demonstratum, doctrinam de religione sepulchrorum originem suam ex paganismi principiis habere. Imo ipsi Doctores juris canonici profitentur, hodie locum non effici religiosum per ipsam corporis inhumationem, sed per preces & benedictiones sacerdotiales prius religiosus redditur & benedicitur ESPEN. in jure eccl. p. 2. tit. 38. §. 18. Non altius adscendit quartum argumentum: quia, inquit, sicut hominis dignitas prestantissima est, cum sit Dei imago c. Dei imago 32. q. 5. ita prestantissimo in loco debet sepeliri: pricipue cum Christiani Christi membra & Spiritus S. templo sint 1. Cor. 6. qui licet mortuus adhuc tamen retinet si- guras & reliquias humanae nature. Quam male hæc co- hærent, quis non viderit: & si hoc argumentum stringeret, non tantum quidam nobiliores, sed omnes fideles in templis sepeliendi & ita templo in cœmeteria commutanda forent. Pari passu ambulat ratio quinta,

de

defuncto nihil gratius ex hac vita migranti accidere posse, quam scire grata fore, que postremo jusserrit. Possuntne morientium voluntates esse ineptæ, & quis sepulturam in ecclesia voverit, si leges his votis derogasse didicerit? Non graviori pondere constat septima: Si diebus Deo dicatis mortuos humare licet, cur non in Domibus Deo dicatis inferre & sepelire licebit? Elegans sane argumentum de tempore ad locum. In auxilium vocat BARTOLUM ad l. unum ff. si cert. pet. Non melius argumentatur circa octavam rationem, quod Christiani morientes ad aeternum templum profiscantur, in quo anima xternas in triumphanti templo Deo decantent laudes, ergo maxime convenire, quod earum corpora ibi requiescant, ubi in militanti ipsi Regi quotidie gloria decantantur: neque felicior circa nonam, quæ petita est ab admonitione mortis, quam monumenta defunctorum præbent, quasi non alia ratione mortis quoque admoneri possent mortales. Hoc argu- mento usus est diverso prorsus modo CHRYSOST. Serm. de fide & lege Omnis, inquit, civitas, omne capellum ante ingressum habet sepultra ante portas ante agros sunt sepultra, ut contendens intrare civitatem, quæ imperat & floret divitias & potentatu, aliusque dignitatibus, priusquam videt, quod secum concipit, videat primum, quod fit. Ergone sepulchra ad vias publicas erigenda erunt? denique undecima Undecima. ratio a mortuorum apparitionibus evitandis desumpta non multum eos movere poterit, qui quantum hic fabulis & imposturis sit tribuendum, persuasi sunt. Reliqua vero argumenta ex ipsis religionis & Rationes ex fidei dissentientium ab institutis nostræ religionis pe- penetralibus petita præterimus, cum de iis jam satis tia, in Theologorum scholis disputatum fuerit. Huc re- feras communionem viventium cum mortuis, pre- cses pro mortuis ad Deum effundendas, solatium & prælidium quod sepulti in templis a Sanctorum in eccl-

Septima.

Octava.

Nonam.

*Exempla de-  
precantium  
sepulturam in  
templo.*

*Argumenta  
Carpzovii  
examinantur.*

ecclesias quiescentium patrocinio, & tutela sibi polliceri debent, immunitatem a dæmonum vexationibus & familia, quæ majori apparatu ab aliis oppugnata sunt. Sufficit, quod neque ex illis principiis necessitas aliqua aut eximia utilitas sepeliendi mortuos in templis erui possit, cum alias decreta Conciliorum non tam severe prohibuerint sepulturam in ecclesiis: aut certe inexcusabilem *ωροσπλεγχαν* comisissent, solos Clericos, Divites & Nobiles ad hæc beneficia admittendo. Fuerunt etiam omni tempore cordati Viri, qui vanam hanc ambitionem in se cadere non sunt passi. Laudat CHRYSOSTOMUS hom. 66. ad *Populum Antiochenum* Imperatores, qui in vestibulo templi Apostolis dedicati sepeliri voluerunt, quod singulari modestia pro foribus Piscatorum sepulti Janitores Piscatorum fieri maluerint. Ipse noster URRUTIGOYTUS pag. 1351. laudat HIERON. QUIRINUM Nobilem Venetum, quod sepultus in atrio ecclesie Dominici Venetiis dixerit: *noluisse sepeliri in templo, ne servi corpus poneretur ubi corpus Domini conficeretur.* Sed mittimus Jureconsultum Cæsaraugustanum. Forte graviora erunt Doctorum Protestantium pro his sepulturis vota. Audiamus CARPZOV. lib. 2. jurispr. consistor. def. 389. quo thesin ponit: *non improbanda est consuetudo, ut honoratores defuncti in Ecclesia seu templo sepellantur cui aliam adjungit n. 391. maximopere providendum, ne sellis templi officiat, vel cuiquam sit impedimento ejusmodi sepultura, quamvis & hoc sp̄ius negligatur ad captandum aliquod lucellum, & mortuorum cadavera non raro infra ipsa subsellia auditortum sepellantur, vix duas aut tres ulnas in terra condantur, quo fane non tantum mortalitatis suæ admonentur viventes, verum etiam ipsum mortalitatis sensum exuviiis naribus & ore percipere coguntur, excitatis quandoque magis aqua pluvia ipsa tempora inundantia.*

tia. Sed videamus quoque Jureconsulti nostri rationes, an tantæ sint, quantæ nos de utilitate hujus sepe-liendi moris convincere queant. Causas afferit, quod defunctorum dignitas & fama ex loco consecrato accedit: vel quod tutior ejusmodi censeatur locus, ne forsitan ab impiis cadaver aut ossa effodiuntur, vel facinorosi postea in eodem sepulchro condantur. Ubi primo miramur, JCto Protestantii excidere potuisse, ex loco consecrato accedere famam: Secundo, vix metuenda hodie sunt sepulchrorum in cemeteriis effossiones cadaverum & osium, aut si quis ita meticulous sit, non deesse murarios, tectores, ferrarios, qui difficilem ad sepulchra aditum reddere possint. Tertia denique ratio non abludit a veterum gentilium voto: *sit tibi terra levius & frequenter inimicorum imprecatione cuius exemplum apud SENEC. Trag. act. 5. 1275.*

*At vos per agros corporis partes vagas  
Anquirite istam terra defosam premat  
Gravisque tellus impio capiti incubet.*

Nec facile constat, quid per facinorosos intelligat, quorum societatem fugere debet defunctus. Quis ipsi de hoc cavere poterit, cum hodie admodum promiscua sit illa in templis sepultura. Virtutem autem neque ex divitiis, neque ex fama neque officiis & muneribus, ad quæ tamen primario in concessione hujus sepultura respicitur, estimare licet. Neque mortuis semper ea haberi potest fides, ne eorum corporib⁹ superimponantur alia cadavera, aut eorum ossa loco cedere jubeantur, cum aliud angustia loci & utilitas ex his sepulchris capienda haud permittat. Repetit ea argumenta ipse ZIEGLERUS in *diff. de eo quod justum est circa mortuos cap. III. p. 449.* Sed forte superest argumentum majoris momenti, nempe egestas templorum, exiguum illorum patrimonium, cui Argumentatio ab utilitate templorum. ejusmodi accessiones vix invidenda. Sed, quæso, fuit

*Tertium argumentum.**Quartum.**Judicia Medicorum.*

funtne alii modi his necessitatibus prospiciendi. Videlicet alia ædificia publica conservari. Neglectis his argumentis, tertium contrariae opinionis praesidium in eo querimus, quod haec sepultura a fine templorum & conventuum in illis sit aliena. Ædificata sunt non pro mortuis, sed pro viventibus. Placet hic alienis verbis uti, & quidem CEL. HOTTINGERI in *dissert. de sepultura mortuorum* §. 27. Domus mea domus orationis vocatur ait Dominus *Jeremia VII. 11. Marc. XI. 17.* Non ergo commune sepulchrum esse debet. Nam qui mortui sunt, non laudent Dominum, neque qui descendunt in locum silentii *Psalm. CXV.* Tempa non sunt loca silentii, sed in iis resonare debet verbum Dei, fidelium cantus & orationum sonus. Accedit quartum illudque maximum opinionis nostræ fundamentum, quod ab insalubritate, quæ tempa frequentantibus ex illa sepultura evenire potest, derivandum. Sed cum de eo judicium nostrum suspectum & insufficiens videri posset, adiri poterunt Medicorum scholæ eorumque judicia sunt audienda, qui accuratiorem horum effectuum cognitionem habent. Adscribenda nobis hoc loco sunt verba, quibus MURALTUS in collegio anatomico lect. 3. p.m. 58. de sepulturis in ecclesiis loquitur: Occasione hac, inquit, non possum non monere quod profecto non expeditat demortuos in templis sepelire, si cœtus Ecclesia illic convenire debet. In templum defertur mumia humana, ut putrescat: qua natura humane plerunque etiam infest est: Similiter viriles in specie & mulieres, quo eo pauciores virorum & mulierum integra sanitate fruantrur, eo deponuntur. Sexus quidem sequor varia & diversa ratione exspirat: interdum spiritus nativus & arcaus in furorem quasi agitur aut naufragia afficitur, ut aut naturam mulierem occludat, aut sui quasi oblitus succos & vires circulantes effundat. Talis eccentricitas putrefacti mulierum mumie adhærebit & viventes si tantillum formis se tradat, facile inficere valet. Quenam autem remedium miseria hujusmodi opponeres: scarificationes, V.S. purgationes, balneis,

neda

nea, ventose prorsum & retrorsum affixe eandem certe non tollent.  
 Terra in templis aut sub tectis quo puerperæ, ne madescant, repone-  
 nuntur plerunque arida, friabilis & siccæ est, ut eo citius vapo-  
 res putridi erumpant, qui adeo subtile & volatiles sunt, ut eo mi-  
 nus se precipitent, quo pauciores particulas aquas commixtas ha-  
 bent, unde eo penetrantiores sunt & promptiores ad insciendum.  
 Est ergo a quo caveamus & prospiciamus, quid agamus hisce. &c.  
 Luculentius hæc deducta sunt ab Anonymo in libello  
 à multis laudato, qui Francofurti a. 1685. prodit sub ti-  
 tulo: Schrift- und Naturmäßiges Bedenken über die Be-  
 gräbnisse der Abgestorbenen / welche man in die Kirchen und  
 Beth-Häuser zu begraben pfleget. Wobei angezeigt werden  
 unterschiedliche sympathetische Natur-Wirkungen / wie  
 auch/ daß die dem Volk Israel beschene Verordnungen be-  
 treffend die todtten Leichname das Blut und dergleichen Dinge  
 nicht bloße Ceremonien seyn / sondern ihre ganz eigentliche  
 wichtige und zu dem menschlichen Wohlergehen höchstnöthi-  
 ge Ursachen haben. Et sane non absurdâ, aut veritati  
 non consentanea sunt, quæ Autor pag. 67. disserit :  
 Die Kirchen sind mehrtheils zugeschlossene Derten da der  
 Luft abgewehret und was darinnen versperret wird/ daher sie  
 so vielmehr fermentiret und zur Gährung angereizet wird/  
 daß Luft und Dunst desto unscheidbarer sich vereinigen und  
 im anziehen den Althen desto tiefer anstecken mögen. Die  
 Kirchen werden dann eröffnet auf die Zeit/ wann die Ge-  
 meinde sich da soll versammeln: Da rathe ein jeder Verstän-  
 diger/ was für eine Frucht da gepflanzt werde. Et hæc ad  
 probandum hujus sepulturae iniquitatem sufficiunt:  
 non ultimum inter officia viventium est, prospicere  
 sanitati & morborum causas vitare. Quare defendi  
 omnino possunt, quæ B. THOMASIUS in thesi ultima  
 Institut. juris divini subjuncta posuit: Sepeliri mortuos in  
 templis juri naturali repugnare. add. Celeb. Dn. LEYSERI me-  
 ditationes ad Pandectas vol. 2. p. 629. quo loco singulare e-  
 pitaphium ex Menagian. tom. 1. pag. 191. retulit Pietrei

F 2 Me-

Exempla.

Medici Parisiensis, qui lapidi suo sepulcrali hæc verba insculpi jusfit: *Simo Pietreus Doctor Medicus Parisiensis vir pius & probus, hic sub dio sepeliri voluit, ne mortuus cuiquam noceret, qui vivus omnibus profuerat.* Similis casus a DN. PRÆSIDE relatus, quod ipsi, cum in Lipsiensi academia Rectoris munere fungeretur, litteræ oblatæ fuerint ab ejusdem Universitatis celeberrimo Medico AUGUSTO QUIRINO RIVINO, in quibus solennissime beneficium illud sepulturæ in templo Academico, quod Decemviris ejusdem Academiae ad eoque & ipsi ex antiqua consuetudine competenter, deprecabatur, addita humanissima illa ratione, quod optime noverit, quam nociva sit viventibus sepultura in templis. Et ita experientissimus ille Medicus renunciabat sponte honori, quem multi alii magna pecunia redimere solent.

*Urbana cœmeteria tol-lenda.*

*Argumentum pro conser-vatione illorum; primum.*

*Secundum.*

(b) Enarravimus superiori capite originem consuetudinis quod cœmeteria ecclesiis & templis fuerint juncta. Qui dicta solertia pensitaverit, videbit easdem pene rationes, quæ pro sepultura in templis allegantur, pro cemeteriis quoq; facere & paritatē adesse argumentorū. Nam quæ de vicinia martyrum templis conditorum, communione defunctorum cum viventibus, commodo mortuorum ex precibus in templo pro eorum requie fundendis, percipiendo, immunitate & privilegiis loci, exemptione a vexationibus Dæmonum & similia proferuntur, jam a Theologis examinata fuerunt, hoc loco non repetenda. Sed, quæ restant rationes recepti pene universaliter moris instituendi cœmeteria in civitatibus? *Alia* est commoditas loci, ne mortui magno apparatu, sumptibusque & comitantium funus incommodo ad remotione efferendi sint loca. Gravissimum hoc argumentum visum est LEONI, qui in *constit. LIII.* Styliano excellentissimo sacrorum officiorum Magistro de licentia mortuos in civitate sepeliendi hunc in modum

dum recipisit : mea quidem sententia Leges civiles non ea Nov. Leonissi:  
 modo , que communi Subditorum vita profint, prescribere, verum de  
 iis etiam , qui jam vitam finierunt, humana commiserationi con-  
 venientia decernere decet. Que autem defunctorum corpora igno-  
 minia contumeliaque exponant ac per qua communi hominum na-  
 tura dedecus atque turpitudine concilietur, nequaquam in Leges sunt  
 includenda. At quod Lex mortuos non nisi extra civitates hu-  
 mari vult, quomodo id humanam naturam dedecore afficere non est.  
 Et quidem si hoc praecipiens, de iis humandis ageret, quibus faci-  
 lem elationem facultates, quas vivi habuerant, suppeditarent, for-  
 tasse lex aliquam ad id jubendum rationem habuisset. Quan-  
 quam tunc etiam ad amicorum cognitorum, necessariorumque de-  
 functi commiserationem respicere oportebat. Quorum dolori atque  
 orbitati magnum sane solatium est, si amici sui sepulchrum ample-  
 xari ac in id lacrymas profundere possint. Que officia extra ci-  
 vitatem sepulco non facile est exequi. Attamen, si illos solum extra  
 civitatem sepeliri vellet, quibus id ipso mortis die per facultates  
 facile est, ad eam inclemantium aliquam lex occasionem haberet.  
 Verum nunc, cum inclemencia illi simul ad omnes se extendat,  
 quomodo non manifesta est absurditas ? Quomodo legem in natura  
 opprobrium ferri non est evidens ? Qui enim dum adhuc riveterent, in-  
 opes & deserti erant, quomodo mortui ipso mortis die humabuntur ?  
 quomodo item cum propter paupertatem sepultura non accelerabitur,  
 multis diebus insepulti, non miserabile simul & horrendum spe-  
 ctaculum jacebunt tabescen temque hominum naturam dedecora-  
 bunt ? Extra hec autem cum mortui interdum famuli Dei ap-  
 pellentur, propterque coelestem gloriam colantur, ipsorum corpora  
 inhumata abiciunt, quomodo id vero expiationi etiam obnoxium non est ?  
 Ne igitur ullo modo inter civiles leges hac lex recensetur, san-  
 ctimus ; quin potius, ut à conjectudine recte contemnitur, sic eti-  
 am decreto nostro prorsus reprobatur. Quicunque autem sive  
 extra muros, sive intra civitatem sepelire mortuos volerit, perfici-  
 endae voluntatis facultatem habeto. Hac diserté LEO,  
 quamvis non omnia acuté & ad rem, de quo sequenti  
 §. dicendum. Alia ad huc supersunt argumenta, nempe  
 aspectum cœmteriorum excitare ac promovere me-  
 dita-

*Quartum.**Quintum.**Sextum.**Septimum.**Octavum.*

ditationem mortis, & vix svadendum esse, ut ex civitatibus ea mortis monumenta oculis viventium subtrahantur. *Quarto:* viciniam cæmteriorum cum templis aliquando commovere & inflammare posse pietatem ac devotionem ecclesiæ frequentantium. *Quinto:* in obſidionibus & excursionibus hostium cæmteria in civitatibus non æque patere injuriis, quam loca extra civitatem posita. *Sexto:* cæmteriorum numero reſtricto, reſtrigi facultatem eligendi ſepulturam, quam tamen liberam eſſe voluerunt canones c. I. X. de ſepult. imprimis autem multas diſcultates oriri in illis locis, in quibus diverſæ religioni addicti vivunt, quorum promiſca ſepultrura vix admitti poſſe videtur. *Septimo:* gravifimū eſſe, cæmteria jam in civitatibus exſtructa tollere & ſimil defunctorum reliquias effodere ac in alienum locum transferre: durum enim videri & inhumatum, non tantum eorum quietem turbare, verum etiam contra illorum voluntatem & destinationem agere, imprimis hoc videri iniquum, quando pro illorum humatione non exigua ſoluta fuerit pecunia, aut illi donationes, legata, ſimiliaque templis ſcholisque reliquerint ad hanc liberalitatem primario impulsi, quod ſepulturam in vicinia illius ecclesiæ ſibi elegerint. *Ottavo:* locum religioſum commercio eſſe exemtum ejusque conditionem non mutari debere l. 23. §. 1. l. 43. ff. de rei vindicatione l. 4. c. de religijs. imprimis à Laicis, quorum jurisdictiones funeraria non videtur ſubeffe, cum jam apud Gentiles Romanos receptum fuerit, ut translatio caſaverum fieret ex decreto Pontificum. Hinc occurrit in veteribus Inſcriptionibus formula illa: *reliquia trajecta ex permifſu Collegii Pontificum piaculo facta.* Plura non libet coacervare argumenta; nam quæ adhuc proferri folent, pene omni ſpecie deſtituuntur & de fe

se ipso facile corrunt. Communicavit DN. PRÆSES singularem casum, ex libro *Actorum Academiae Lipsiensis*, qui incipit a. 1524. & litera D. signatus est observatum: Crescente indies numero incolarum in florentissima Lipsiensi civitate, Magistratus consultum putabat, numerum sepeliendorum intra urbem restringere & defunctorum extra civitatem in cœmeterium S. Johannis efferre; facta conventione cum Præfato S. Thome, quæ a. 1536. à Duce GEORGIO BARBATO confirmata. Sed graves de hoc negotio Universitas ad Ducem detulit querelas, eò redeentes: ita vigilias, missas, funerationes, mortuorum memorias item die vierzeitigen Begängnisse und Brüderschafften der Zünfte und Innungen prorsus cessare; excitari suspicionem Lutheranismi, quæ damnosa studiosorum frequentia esse posset; ita suffragia animarum, oblationes & frequentiam comitantium funus minui; electionem sepulturæ impediri, cum haec tenus pro singulari morientium solatio fuerit, quod sepulturam in illa ecclesia eligere potuerint, de quorum Clericorum precibus atque intercessionibus certi fuissent: hæc consilia forte à Lutheranis suppeditata fuisse, qui haec tenus in vicinia cœmterii S. Johannis, defunctorum suos sepeliverint; nam ita facile evenire posse, ut dilatato cœmterio S. Johannis beneficij consecrati cœmterii participes redderentur: & denique augeri sumptus funerarios quod contrarium c. 13. X. d. sepult. nam si quis apud Paulinos vel Discalceatos sepeliri voluerit, ipsi solvenda quoque esse jura Parochis. Litem hanc decreto composuit Dux Georgius, in quo misis reliquis rationibus certus tantum modus præstandorum sumptuum definitus fuit: Publicationi autem ipsius decreti non interfuit Georgius, excusans se valetudine ex purgatiyi remedii usu offensa.

*Singula.  
Exempium.*

(c) Non

*Ad huc argumen-*  
*tum respon-*  
*detur : ad*  
*primum.*  
*Ad secundum.*

*Leonis nobilla*  
*exarainatur.*

(c) Non difficilis erit ad hæc responso. Mittimus primo argumenta illa theologica, quæ pro cœmeteriorum adjunctione Ecclesiis facienda à Catholicis proferuntur. Ad secundum argumentum quod attinget, id certum est, plerasque res & sua habere comoda & incommoda: comparationem eorum dependere à prudentia: multa ab initio videri difficilia, quæ successu temporis facilia evadant: temperandos esse alios sumptus funerarios eosque exportationi potius cadaverum impendendos. Quod enim pauperes atque inopes etiam extra civitates sine magnis sumptibus sepeliri queant, testari exempla illorum locorum, in quibus sepulturæ in civitate prohibitæ sunt: LEONIS rationes parum stringere, ejusque declamationem in leges anteriores rem minime conficeret. Estne humanam naturam dedecore afficere, si mortui extra civitates sepeliantur? Civitas est societas viventium non mortuorum: præbetne terra in civitatibus commodius mortuis habitaculum, ac rustica & campestris terra? O Leo, quid garris? Et quorū amplexus illi viventium & mortuorum? Dolorem illum consumit breve tempus. Et quam parum convenit principiis Christianæ fidei, lacrymis perpetuis adorare mortuorum sepulchra. Quam male coherent reliqua hujus constitutionis principia. Vult Imperator, ut defunctorum cadavera intra civitatum muros conserventur, & tamen putat mortuos illo ipso die, quo mortui sunt, sepeliendos esse, quasi dilatio funeris, quam multa etiam rationes physicæ suadent, effet res miserabilis & horrenda. Quæ de difficultate elationis ratione pauperum dicta sunt, neque ad omnes civitates applicari possunt, sed ad prolixas & vastas urbes pertinent; verū enim vero non adeo magnus est numerus earum, quæ cum Constantinopolitanæ civitatis magnitudine comparari possint. Quid si hic

hic exceptionem à regula concederemus, si ipsa necessitas obfisteret. Erunt tamen in vastis illis civitatibus loca deserta, & à viventium commercio aliquantum remotiora. Poterit illo casu regula nostra limitari, si limitatio est, cui omnia doctrinæ nostræ principia applicari possint. Ad tertiam objectionem, *ad tercium.* quis quoꝝ mortis meditationem modo cœmeteriis civitatum opportunam dixerit? nonne idem trifitis humanæ fragilitatis aspectus præbetur ad sepulchra extra civitatum portas, ad quas homines delitiae, voluptates, convivia in hortis & vineis celebrari solita evocant. Et quam facile his rebus adsuescimus. Omnes sciunt se mortales esse, omnes forte cogitant: qui exuit humanitatis & pietatis sensum, etiam libidini suꝫ in cœmeteriis, in templis infervit. Forte objicitur, movent objecta sensus. *Recte;* Ast defuncte objecta piæ illius meditationis, qui quotidiana videmus funera & amicos, cognatos, patronos quotidie eripi nobis conquerimur? *Quarto:* quam exigua *ad quartum.* animi commotio ex contiguis templo sepulchris & affixis in ipsis ecclesiis monumentis oriri solet. Potius ea plerumque templa nostra obfuscant, sensusque & mentem occupant & ab ipsis sacris divertunt. *Quinto* argumento opponi potest; eadem incommoda *ad quintum.* tempore belli in ipsis urbibus metuenda, quod docuit experientia: imo rarissime hostium rabiem inhibere defunctorum cadaveribus: quod si fiat, belli incommoda æquo animo ferenda. *Sexto:* libertas se *ad sextum.* pulturam eligendi est res arbitraria & antiquis temporibus, quibus sepulchra erant privata, tantum conveniens. Defendit illam libertatem, ni fallimur, Jus Canonicum ex privatis rationibus. Nam cum Clerici sibi invicem invidenter cadavera ditiorum ac potentiorum, cujusvis dexteritati relinquebatur, qua persuadere posset viventibus, in hujus vel illius Parochiæ

G

rochiæ

rochiæ aut monasterii humo, pacatius, sanctius re-  
 quiescere mortuos. Quæ de diversæ religioni addi-  
 etis objici possunt, parum nos movent, si pietatis &  
 æquitatis lance ponderentur. In Germania Jus cer-  
 tum constituit PAX WESTPH. art. 5. §. 35. utinam ob-  
 servaretur. Qui exempla ex antiquitate desiderat,  
 adeat LEUNCLAVIUM Jur. orient. tom. 1. p. 323. &  
 324. Proposita erat Cabasilai Dyrracheno Archiepiscopo qua-  
 stio, an æquo animo ferendum sit, Christianos Græ-  
 cos in Latinorum, Latinos in Græcorum templis  
 sepeliri, & tum psalmodiam tum reliquam pompam  
 utriusq; gentis promiscuo agmine celebrari? Re-  
 spondit Johannes Citrius Episcopus, duplii tantum in  
 capite utramque dissidere ecclesiam, quorum alterum  
 ad Spiritum S. pertineat & majoris omnino mo-  
 menti sit: alterum ad azyma, quæ non adeò magni  
 ponderis controversia sit: nil præjudicii & damni  
 emergere posse ex hac sepultura & Psalmodia & ritu-  
 um communione promiscua. Si hinc autem offen-  
 dantur Græci, qui se solos autumant orthodoxos  
 esse, rursus illis recolendum esse, sanctorum marty-  
 rum reliquias persæpè, abjectas fuisse: hæretorum  
 quorundam vel gentilium Imperatorum corpora in  
 ecclesiis condita fuisse, nulla hinc cadaveribus san-  
 ctimonia vel ecclesiis affricata contagie add. THO-  
 MASIN. de benef. T. 3. p. 253. Ad septimum argumen-  
 tum progredimur. Optandum fuisse, ut Christiani  
 antiquiores mores retinuissent, & ut cœmeteria nun-  
 quam in civitates translata fuisse. Inde non ena-  
 ta perpetua quasi lex ac necessitas: quæ, non bene  
 facta, in melius mutari possunt. Translatio mor-  
 tuorum & apud Gentiles & apud Christianos omni  
 ævo permisæ. Laudatus URUTIGOYTUS l. c. p. 460.  
 concedit, ipsa cœmeteria diruta translatis corpori-  
 bus in alium locum in profanos usus converti posse.

Lo-

ad septimum.

Loquitur quidem de cœmeteria, quæ non sunt in atrio ecclesiæ, cum illis sanctitas ex consecratione ecclesiæ accessisse videatur. Cessat hæc cœmeteriorum distinctio in foris protestantium, ergo una est decidendi ratio. Octavum denique argumentum parum ad nos facit. Nam quamvis ex Romano SCto, teste ULPIANO, sepulcra alia conversationis usum non accipere debeant l. 12. §. 1. ff. de religios. superioribus capitibus luculenter demonstratum fuit, doctrinam de religione sepulchrorum fuisse figmentum gentilium, cuius applicationem vix ferre potest religio Christianorum. Et ita speramus, evidenter demonstratum fuisse, nullas esse sufficietes rationes, quæ necessitatem & utilitatem cœmteriorum civitatibus relinquendorum, demonstrare queant.

(d) Sed promenda etiam sunt rationes, quibus Rationes nostram defendimus sententiam. Prima est, quod tra cœmeteria necessitas & insignis quædam utilitas cœmteriorum urbana: in civitatibus non doceri possit: Secunda, quod ple- Prima. ræque gentes, imo ipse populus Judaicus & primi Secunda. Christiani mortuos extra civitates sepeliverint. Tertia, Tertia. quod sepultura ex principiis, quæ à Protestantibus re- jiciuntur, in cœmeteria urbanis recepta fuerit. Quarta, Quarta. quod civitates pro viventibus sint exstructæ, non ad sepulturam mortuorum conditæ, adeoque illa loca magis usibus vivorum, quam monumentis mortuorum relinquenda sint. Quinta, quod in civitatibus cœmeteria, propter hominum promiscuum transi- Quinta. tum, magis pateant petulantæ ac nequitæ otiosorum. Sexta, quod ea non raro deforment urbes ele- ganter extructas. Septima denique, quod cadaverum frequentia cœmeteria illata salubritati aëris, quæ in urbibus quovis pretio redimenda, officere adeoque ipsis civitatibus incolis nocere queat. Quamvis au- An nocere pos- tem objici hic forte possit, tale periculum non facile fin cœmeteria metu- sanitati?

metuendum esse, cum exhalationes ex sepulchris non uno soleant erumpere impetu, & quæ prodeunt, citò in aura dispellantur, adeò, ut aëris infec-tio vix sequi possit. Porro pestis & contagiosorum morborum tempore defunctos separatis locis condì & periculum alias metuendum præcaveri: Attamen hæc nobis vix sufficere possunt; nam in hoc, quod nobis movetur, dubio exigi nobis videtur singula-ris cœmelteriorum struētura atque cura: utrumque autem sèpius negligitur. Debent cœmeteria in loco confitui, qui aëri fatis sit expositus, debent sepul-chra justa profunditate fodiri. Sed hæc non raro lo-ci situs prohibet, imo frequentius non observantur: cum sèpissime in civitatibus majoribus & hominum fertilibus ædificia viventium habitationi destinata proxima sint cœmeteriis illaque prorsus includant. Exhalatio vaporum, quamvis successiva esse soleat, modo gravior, modo remissior erit pro numero ca-daverum, quæ illis locis inferri solent. Facile au-tem fieri potest, ut in mediocri civitate per annum triginta vel quadraginta, in tam angusto loco, qualia cœmeteria sunt, sepeliantur & ita quotidie incom-modata illa augeantur ac crescant. Accedit tem-pestatis conditio, quæ diversa & varia, imo quan-doque ad infectionem prionor, ita, ut concurrentibus aliis circumstantiis mala accelerari queant. Ne-que sufficit, quod tempore pestis alii mortuos hu-mandi modi adhibeantur. Nam forte quandoque sunt morbi æque venenosæ & contagiosæ, ac pestis: imo plerumque publicæ rationes exigunt, ut rumor de grassantibus illis morbis evitetur, quæ quoque ratio, ut non nisi urgentissima in necessitate aliquid ratio-ne sepulturæ mutetur, quo mala ex ejusmodi fama civitati & communioni metuenda, evitentur; quam-vis illa, providentia plerumque majora incommoda attra-

attrahere soleat. Sed objici quoque posset, rariora esse exempla, quæ testentur adducta incommoda re ipsa existere posse, non constare, morbos per cœmeteriaum viciniam productos, multos in ipsis cœmeteriais consenuisse. Ast respondemus, morborum & mortis causas atque occasiones non semper cognitas esse & perspectas, ergo etiam non negari posse, quod quibusdam illa sepulturæ urbanae incommoda nocere potuerint: Cæterum quoque in ipsa savissima peste audimus, homines conservatos esse seque ne quidem male habuisse: hoc tamen non pro arguento erit, morbos illos vacare periculo. Nobis id sufficit, quod cœmeteria urbana ad minimum ita sint comparata, ut aliquando salubritati aëris obesse possint. Non requirimus, ut semper, ut quotidie, ut omnibus noceant. Nam & Magistratus officium est, ut ea removeat, quæ aliquando & quibusdam imo paucioribus nocere queant, imprimis si illam remotionem facile obtinere possit. Plures forte illis erunt rationes, quibus naturæ & morborum arcana perspectiora sunt. Quosdam consiluimus artis medicæ scriptores, plerosque invenimus consentientes.

v. MICH. BERNH. VALENTINI corpus juris medico legali p. I. sect. 4. p. 171. casu 15. de mortuorum sepulturis intra mœnia non tolerandis. SCRETA in tr. de febi castrensi maligna sect. 1. c. 5. quo loco inquit: illud miror, olim adduci potuisse, templorum custodes, qui valetudinis humanae conservationem exactius novisse debuerunt, ut in edibus sacris, atriis haud exceptis locum sepulturæ dederint areasque reponere conceferint: inde enim nil aliud expectandum erat, quam quod sepissime factor teterimus è cadaveribus illis sepultis exhalavit, cuius infectione plurimi illorum, qui hæc loca frequentabant, multis & variis oppressi fuere morbis &c. TEICHMEYER in inst. medicinae legal. cap. XIX. p. 158. aëri inquinatur à putredine fumi & steroris corruptioneque animalium mortuorum, quo mul-

*Consensus  
Medicorum.*

*Consensus Ju-  
re Consulorū.*

*Lutheri Ju-  
dicium.*

rum conferunt effluvia cōmeteriorum, quæ idō extra mœnia ur-  
biū constituta esse debent, adeo, ut magistratus sepulturam in  
tempis vel eorum peripheria merito ubique interdicere deberet.  
Ex Jureconsultis nobiscum faciunt GROTIUS in Lu-  
cam. cap. 7. §. 12. Sepulchra Judeis extra urbem ut vidimus  
Matth. 27. 60. Sed & aliis populis: unde efferendi vox. Et  
certe ita postulat ratio publica sanitatis, quæ multum ladi solet  
aura sepulcrorum. Qyo magis mirum Christianis ferme omnibus  
placuisse, ut conventus sacri eisdem in locis haberentur, in quibus  
ista sunt cadavera: quod in memoriam martyrum olim inductum, nescio  
an satis sapienter retineatur. FINCKELTH. de jure sepultura  
concl. 18. ZIEGLER. de jure sepultura cap. 6. Adhuc tamen  
hodie bene in constitutis rebus publicis non toleratur sicut in Ar-  
gentinensi, Norimbergensi & Lipsensi rara vel nulla funera ur-  
bicis locis sepeliuntur BRUNNEM. in jur. eccles. l. 2. cap. 2.  
§. 12. Cōmeteria vero, inquit, hodie etiam in civitate haben-  
tur, quod ex parte correctionem meretur; ex frequentioribus enim  
funeribus in civitate cumulatis metui potest contagium de quo  
Carpz. Jurispr. const. def. 286. ut taceam cadavera nondum ad  
cineres redacta sepius ad funerum frequentiam loco moveri ac sede  
sua turbari, quod omnino inhumanum: hinc opera pretium foret,  
ut extra civitatem locus commodus lateque patens quieti cadave-  
rum destinetur. Neque ex THEOLOGIS desunt, qui  
nostræ sententiæ faveant. Sufficiet allegasse B. LU-  
THERUM, qui gravissime de hac materia differuit  
Tom. III. Oper. Jenens. pag. 389. & Altenb. Oper. Tom. III.  
p. 768. Dignus sane locus, qui hic integer adscribatur:  
Weil wir aber in diese Sache kommen sind / von Sterben zu  
reden/ kan ichs nicht lassen, auch von dem Begräbniß etwas zu  
reden. Aufs erste lasz ich das die Doctores der Arzney urtheilen/  
und alle/ die das bas erfahren sind / ob s fählich sey/ daß  
man mitten in den Städten Kirch-Höfß hat; denn ich weiß  
und verstehe mich nichts drauff/ ob aus den Gräbern Dunst  
oder Dampff gehet/ der die Luft verrücke; Wo dem aber also  
wäre/ so hat man quis obgesagten Warnungen Ursach genug/  
daß

daß man den Kirch-Hoff außer der Stadt habe/ denn wie wir gehöret haben/ sind wir allesamt schuldig den Gifft zu wehren/ wonit man vermag/ weil Gott uns befohlen hat / unsers Leibes also zu pflegen/ daß wir sein schonen und warten/ so er uns nicht Noth zuschicket; und wiederum auch denselbigen getrost wagen/ und aufzusezen/ wo es die Noth fordert / auf daß wir das mit beyde zu leben und zu sterben seinem Willen bereit seyn; denn Niemand lebt ihm selber / Niemand stirbt ihm selber/ als S. Paulus saget Röm. 14. daß weis ich wohl/ daß bei den Alten der Gebrauch gewesen ist/ beyde unter Jüden u. Heyden-Leut/ auch unter Heiligen und Sündern/ das Begräbniß außer der Stadt zu haben/ und sind ja so klug gewesen/ als wir seyn mögen. Denn also zeugt auch das Evangelium S. Lucas/ daß Christus der Wittwen Sohn auferwecker in der Stadt zu Nain/ und der Text saget/ man trug ihn zur Stadt hinaus zum Grabe und gieng viel Volks mit ihm/ daß freylich des Landes Weise dazumahl gewesen ist/ außer den Städten das Begräbniß zu haben/ auch Christus Grab selbsten außer der Stadt bereit war/ desselbigen gleichen Abraham sein Begräbniß lauffte auf den Acker Ephren/ bei der zwiefachen Höle/ da hin sich die Patriarchen alle begraben ließen/ daher auch die Lateinische Sprache Efferri heisset/ das ist hinauf tragen/ das wir zum Grabe tragen heissen; dann sie trugen sie nicht allein hinauf/ sondern verbranden die Leichen alle zu Pulver / auf daß ja die Luft aufs reinste bliebe. Darum mein Rath auch wäre/ solchen Exempel nach/ das Begräbniß hinaus für die Stadt zu machen/ und zwar als wir hier zu Wittenberg einen Kirch-Hoff haben/ sollte uns nicht alleine die Noth/ sondern auch die Andacht und Ehbarkeit dazu treiben/ ein gemein Begräbniß außen für der Stadt zu machen / denn ein Begräbniß sollte ja billig ein feiner stiller Ort seyn/ der abgesondert wäre von allen Orten/ darauf man mit Andacht gehen und stehen könnte/ den Tod/ das Jüngste Gerichte/ und Auferstehung zu betrachten/ und bethen / also/ daß derselbige Ort eine ehrliche ja fast heilige Stete wäre/ des einer mit Tucht und allen Ehren

darauf

darauf könnte wandeln/ weil ohne Zweifel etliche Heiligen da liegen/ und daselbst umher an den Wänden könnte man solche andächtige Bilder und Gemälde lassen mahlen. Aber unser Kirch-Hoff/ was ist er? vier oder fünf Gassen/ und zween oder drey Markt ist er/ daß nicht gemeinerer oder unstillerer Ort ist in der ganzen Stadt; denn eben der Kirch-Hoff/da man täglich/ ja Tag und Nacht über läuft/ bende/ Menschen und Viehe/ und ein jeglicher aus seinem Hause eine Thüre und Gassen darauf hat und allerley darauf geschieht/ vielleicht auch solche Stücke/ die nicht zu sagen sind/ dadurch wird denn die Andacht und Ehre gegen die Begräbnißgans und gar zu nicht/und hält jedermann nicht mehr davon/ denn als wenn jemand über eine Schinder-Leich ließe/ daß der Türke nicht könnte so unrechlich den Ort halten/ als wir ihn halten/ und sollte doch daselbst eitel Andacht schöpfen/ den Tod und Auferstehung bedenken/ und der Heiligen/ so da liegen/ schonen. Aber/ kan man solches thun auf einen gemeinen Ort/ da jedermann muß drüber laufen/ und für jedermann's Thüre aufstehet? daß wenn ja eher soll ein Begräbniß gesucht sehn/ ich so mehr in der Elbe oder im Walde liegen wolte; aber wenn das Begräbniß draussen auf einen abgesondernen stillen Ort lege/ da niemand durch noch drauf ließe/ so wäre es gar geistlich/ ehrlich und heilig anzuhaben/ und könnte auch zugerichtet werden/ daß es zur Andacht reiche te/ den/ so drauf gehen wolten. Das wäre mein Rath/ wers thun will/ der thue es/ wers besser weiß/ der fahre immer fort/ ich bin niemandes Herr.

## §. II.

*De modo tol-  
lendi cœme-  
teria,*

Tollenda esse coemeteria ex urbibus, jam deduximus. Forte quædam de MODO dicenda essent. Sed cum hic varient locorum circumstantiæ, relinquendum hoc negotium pru-


prudentiæ consultatoriæ. Nos tantum de iustitia & æquitate hujus translationis agere voluimus. Cæterum illa quæstio : *cui hoc jus tollendi competit* difficultatibus obnoxia esse posset. Adeant CATHOLICI suos Pontifices, in quos omnis potestas circa rem funerariam delata: PROTESTANTES in his casibus leges à PRINCIPE accipiunt. Hoc vero negotium ita comparatum est, ut ad ordinationem politiæ referendum nobis videatur, cuius curam ipsi Principes universitati cuivis aut ejus Magistratui inferiori relinquere solent. Adeoq; non dubitamus assérere, quod vel ipsæ communiones & civitates in similibus casibus statuere possent. Id autem vix sperandum, cum multa & infinita circa hanc materiam mentes humanas occupaverint præjudicia non tam facili opera evelienda. Sed hic sūtimum gradum.

FINIS.

PRÆ-

PRÆSIDIS EPISTOLA GRATULATORIA  
ad  
NOBILISSIMUM ET CONSULTISSIMUM  
DOMINUM CANDIDATUM.

**R**em fecisti minime reprehendendam, CONSULTISSIME DOMINE CANDIDATE, quod feliciter absolutis studiis academicis, de adipiscendis etiam honoribus academicis cogitaveris. Docet quidem quotidiana experientia quod multi titulos illos ambiant, ut inepta sua vanitatis praetextum allegare queant. E contrario Te latere minime potest, quam abjecte multi de dignitatibus illis scholasticis judicent, qui omnia ex perverris quibusdam seculi moribus aestimant. Sed quemadmodum frequentia illa inanis ambitionis exempla Te ad suscipiendos illos honores minime excitare, ita sinistra posteriorum iudicia ad illos contemnendos non adducere poterunt. Rectissime autem existimas, bene ac sapienter a majoribus nostris honores illos esse introductos, ut & animū magis excitare ad provchenda indies magis magisque studia academica & quasi gradus essent ad subeunda ardua publicae rei officia. Quo consilio & animo, cum ad has accesseris dignitates, laudandus omnino es, in primis cum minime sit dubitandum, quin in laudabili illo, quem incepisti cursu omni animi contentionis progressurus. Ita hactenus amplissimum legum nostrarum studium cum senioris philosophiae magisterie conjunxit, imo jam expertus es, quantum ex disciplinarum philosophicarum solerti tractatione præsidii accedit jurisprudentiae nostræ. Didicisti vitare præjudiciorum feopulos, in quos impingere in primis folet juris disciplina genuinæ philosophiae subfidiis defituta. Ipsa dissertatio, quam cum laude defendisti, docet TE non abhorre a accuratori examine illarum etiam sententiarum, quæ ex antiquitate & observantia præsumptionem aliquam veritatis contraxerunt. Nihil igitur jam superest, quam ut ex animo optem velit divinum Numen Tuis conatibus porro clementissime anniere, velutque ingenii Tui felicitatem ac promptitudinem quibus diligentiam, pietatem ac probitatem junxit, faustissimis successibus secundare. Non deerunt virtuti atque diligentiae Patroni, Promotores, Fautores, Amici: invenies, Deo volente, meritorum præmia & frequenter ieiandi occasionem præbebis nobilissimæ Tuae Familiæ in primis MATRI TUÆ HONORATISSIMÆ cui nihil gratius ac exoptatius evenire poterit, quam in Tua felicitate votorum suorum compotem se factam esse. Ego vero omni tempore inter eos ero, qui eandem Tibi gratulandi causam, sibi datam esse profitebuntu. VALE. Dab. Francofurti ad Viadrum VI. Idus Martii A. O. R. M DCC. XXIX.







Frankfurt a.O., Dissy 1728-29

f

ULB Halle  
004 327 454

3



5b.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-161911-p0066-4

DFG



669  
1729, 1a 8  
DE

DISSERTATIO INAUGURALIS JURIS CANONICI  
**COEMETERIIS  
EX URBIBUS TOL-  
LENDIS,**  
Quam  
PRÆSIDE  
**DN. CHRISTIANO GODO-  
FREDO HOFFMANNO,** 1729  
AUGUSTI AC POTENTISSIMI REGIS BORUSSIAE  
CONSILIARIO INTIMO,  
FACULTATIS JURIDICÆ ORDINARIO EJUSDEMQUE  
h. t. DECANO,  
IN ACADEMIA VIADRINA  
*Die V. Martii anni M DCC XXIX.*  
H. L. Q. C.  
PRO  
**GRADU DOCTORALI**  
Publico Examini proponendam  
fusciptet  
**CHRISTIANUS FRIDERICUS  
GRÆVEN,**  
Francof. March.

---

FRANCOFURTI ad VIADRUM,  
Litteris JOH. CHRISTOPH. SCHWARTZII, Acad. Reg. Typogr.

